DE PRUSSICIS SAMBIENSIUM LOCORUM NOMINIBUS

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE
REGIMONTANO
RITE IMPETRANDOS Königsberg

SCRIPSIT

GEORGIUS GERULLIS
JOGAUDENSIS

TILSIS
EX OFFICINA MAUDERODIANA
MCMXII
1912

Gedruckt mit Genehmigung
der Philosophischen Fakultät der Königl. Albertus-Universität
zu Königsberg i. Pr.
Referent: Geheimer Regierungsrat Prof. Dr. Bezzenberger

ADALBERTO BEZZENBERGER

SACRUM

Compendia

A. M. S. = Altpreussische Monatsschrift, Königsberg 1864 —

B. G. L. S. = Beiträge zur Geschichte der litauischen Sprache von Bezzenberger, Göttingen 1877.

Biel. = Bielenstein, Die Grenzen des lettischen Volksstammes, Petersburg 1891.

Brückner F. W. = Die slawischen Fremdwörter im Litauischen, Weimar 1877.

Bezz. Kur. Nehr. = Bezzenberger, Die Kurische Nehrung und ihre Bewohner, Stuttgart 1889.

Buga asm. vard. = Buga, asmens vardai.

Dusb. = Peter v. Dusburg, Chronicon Terrae Prussiae.

Fick = Vergleichendes Wörterbuch der indogermanischen Sprache, Band II, 3. Auflage 1876.

Frischbier = Preussisches Wörterbuch, Berlin 1882—83.

G. T. = Goldbeck, Volständige Topographie des Königreichs Preussen, Königsberg-Leipzig 1785.

Hennenberg Erc. = Hennenberger Erclerung der Preussischen grössern Landtaffel, Königsberg 1595.

Hennig Archiv = Hennig, Versuch über einige Ueberreste der Altpr. Sprache . . . Preuss. Archiv 1794, Bd. V p. 611 —

Hollack = Erläuterungen zur vorgeschichtlichen Uebersichtskarte von Ostpreussen, Berlin 1908.

Hoppe, Wiss. Monatsbl. = Wissenschaftliche Monatsblätter ed Oscar Schade, V. Jahrgang 1877.

Kalw. = Kalwaitis, Lietuwiszkų̃ Wardų Klėtele, Tilzėje 1910.

Lewy = Die altpreussischen Personennamen, Diss. Breslau 1904.

Lohmeyer	=	Geschichte von Ost- und Westpreussen I, Gotha 1908.
Mikl.	=	Miklosich, Etymologisches Wörterbuch der Slavischen Sprachen, Wien 1886.
Ness. Thes.	=	Nesselmann, Thesaurus Linguae Prussicae, Berlin 1873.
N. Pr. Prov. Bl.	=	Neue Preussische Provinzial-Blätter.
Piers. vel. Piers. Cod.	=	Pierson, Altpreuss. Namenkodex, Zeitschrift für Preuss. Geschichte und Landeskunde X 483, 618, 685; XIII 358.
Prellwitz Best.	=	Die deutschen Bestandteile in den lettischen Sprachen, Göttingen 1891.
Schrötter	=	Karte von Ost-Preussen nebst Pr. Litthauen . . . . von Freiherr v. Schrötter, 1796—1802.
Stender	=	Lettisches Lexikon, Mitau 1789.
Thomas	=	Sammlungen und Beiträge zur Etymologie geogr. Namen, Programm der Realschule, Tilsit 1874.
Trautmann	=	Die altpreussischen Sprachdenkmäler, Göttingen 1910.
Ulmann	=	Lettisches Wörterbuch I, Riga 1872.
Vaisz. I, II	=	Vaiszgantas: Sąraszas geogrofiszkuju Lietuwos wardu, Dirwa-Žinynas 1904, I = No. X p. 35—, II = No. XI p. 3—.
Voigt	=	Geschichte Preussens, Königsberg 1827—1839.
Wolter	=	Spiski naselennych mėst Suvalskoj gubernii St. Petersburg 1901.

Praefatio.

Prussicae linguae fragmenta tantum supersunt; in nominibus autem et hominum et locorum, quae permulta nobis tradita sunt, latet quod magnam ad linguam percipiendam habeat vim. Attamen, quamvis et in lingua ipsa cognoscenda et in nominum compositione et in historia gentis Prussicae maximi sint momenti, adhuc hominum tantum nomina a Guilhelmo Pierson (Zeitschrift für Preuss. Geschichte und Landeskunde X (1873) p. 483—, 618—, 685; XIII (1876) p. 358) collecta sunt, etsi non universa, et a viris doctissimis Adalberto Bezzenberger (A M S XIII (1876) p. 385—) et Ernesto Lewy (Die altpreuss. Personennamen, diss. Breslau 1904) enodata. Locorum autem vocabula neque omnia conquisita neque enucleata sunt. Quamquam enim apud Lotarium Weber (Preussen vor 500 Jahren, Danzig 1878) et Maximilianum Töppen (Historisch-comparative Geographie von Preussen, Gotha 1858) multa inveniuntur, tamen, quandoquidem neque fons neque tempus indicitur, ad res grammaticas inutilia sunt. Quae autem Nesselmannus praebet (Thesaurus linguae Prussicae, Berlin 1873) egregia diligentia et collecta et enodata sunt, sed dolendum est, quod tam pauca. Non multo pluria, sed interdum dubiora affert Pierson l. c. —

Hic est totus locorum nominum thesaurus, exiguus igitur, idemque sumptus ex libris typis descriptis, codicibus manu scriptis, quamvis nominibus abundent, omnino fere omissis. Sed quo minor numerus erat nominum, eo plures inveniebantur, qui etymon conicere conati sint. Qui, scilicet Nesselmanno excepto, magis

luserunt, quam strenue inquisiverunt, imprimis Piersonem dico et anonymum illum J. R., cuius interpretationibus vanissimis exceptis (A. M. S. XVIII p. 40—), reliquas omnes, ut res plene funditusque perficiatur, sub singulis nominibus afferam. Quae cum ita sint, opus est tandem quantum potest omnia Prussiae veteris locorum nomina deinceps accurateque colligere et collecta pertractare. Cum autem modum dissertationis longe excederem, si totam Prussiam amplecterer, hoc libello de Prussicis Sambiensium tantum locorum nominibus agam, neque ea quidem ultra annum 1525 persequar. Sambiam elegi, quod illic lingua Prussica diutius quam in reliquis pagis vigebat ideoque etiam nomina et crebriora sunt et minus corrupta. Quae autem locorum nomina sint Sambiensia, quae non iam, diiudicare est difficillimum. Sambia enim, etsi a meridie flumine Pregora, ab occidente et septemtrione mari certe finitur, ab oriente cum Nadrovia confunditur. Fluvium Deime qui vocatur, ut Töppen in charta sua pinxit, terminum non fuisse inter omnes constat. Equidem cum Ernesto Lewy l. c. p. 27 Lotarium Weber verum inter Sambiam et Nadroviam finem indagasse censeo. Scribit enim l. c. p. 19: „Es wird geteilt das Land vom langen Damm am Pregel, dem Teich am Pregel (der Pregelausriss bei Taplacken) dass Flüsschen Nene hinauf bis zu dessen Ursprung, dann folgt der Hain, der früher Lauke begränzte, d. h. der Hagen, der das Kammeramt Laukischken gegen Osten sicherte, das Dorf Saligerien (. . . heute . . . Szargillen) dann die Timir (der Timberfluss)." Cuius sententia eo verisimilior est, cum Bezzenberger e quibusdam vocibus in vicorum nomina contextis fere eundem terminum concluderit. (A M S XIX p. 651—, XX p. 123). Dixerunt enim Sambitae, qui Prussica lingua utebantur, „caymis", „garbis", „ape", Nadrovitae autem, ut Lituani „kẽmas", „kálnas",

„ùpė“. Cum autem praeter hoc nomina Sambiensia et Nadroviensia simillima sint, hoc esse Sambiense, illud autem Nadroviense discernere non potui; praesertim cum inter Sambiam et Nadroviam confinium ponere debeamus; quod qui incolebant neque mere Prussice neque mere Lituanice loquebantur. Exempli causa Auctigirgen (in codice Anctigirgen exstat.) partim Prussicum est, partim Lituanicum. Aucti — enim ad pr. auktimiskan (Acc.) = magistratus referendum est; utraque vox caret consonanti s (sz), quam Lituana habet: áuksztas = altus. — girgen autem = lit. gìria = silva est; pro quo vocabulo Prussi median dixerunt. Atque re vera legimus in praefatione catechismi, Trautmann p. 6: „Preüssen vmb Welaw, die jhre accent etwas nach dem Littawschen lencken“. Idem de Prussis apud Auctigirgen (nunc Auksztogirei = Augstagirren Kalw.) etiam maiore iure dici potuisse concludere licet.

Quibus de causis addidi etiam Nadroviae occidentalis nomina, idest illius regionis, quae fluvio Auer toto, fluvio Mauer a fonte usque ad Augstagirren, vico Szargillen finitur. Ita autem addidi, ut ea, quae trans fluvium Deime versus orientem inveni, cruce signavi.

Praeterea ad Sambiam adhibui utriusque Neriae ea loca, quorum in Sambiensibus scriptis ut Sambiensium mentio fit.

Dispositio libelli haec est: priore parte continetur thesaurus nominum in litteras digestorum. Sub singulis nominibus etymologia, dummodo fieri potuerit, scripta est. Alligavi Lituanica Letticaque locorum vocabula eisdem radicibus composita. Sumpsi ea ex: W. Kalwaitis: Lietuwiszkų Wardų Klėtele, Tilzėje 1910: Vaiszgantas: Sąraszas geografiszkuju Lietuwos wardu, Dirwa-Źinynas 1904 No. X p. 35—. XI, p. 3. E. Wolter: Spiski naselennych mėst Suvalskoj gubernii St. Petersburg 1901. A. Bielenstein: Die Grenzen des lettischen Volksstammes,

Petersburg 1891. Stender: Lettisches Lexikon, Mitau 1789. Ulmann: Lettisches Wörterbuch I, Riga 1872. Omisi autem Sprogis: Geografičeskij slovar drevnej Žomojtskoj zemli XVI stolėtija, Wilna 1888 et Verzeichnis sämtlicher Ortschaften in der Provinz Ostpreussen, zum Dienstgebrauche für die Postanstalten bearbeitet, Königsberg 1900, cum nomina Lituana et vocalibus et terminatione Russicae vel Germanicae linguae accomodent, ita ut prius ipsa explicanda sint, quam Prussica explicare possunt. Quod autem antiquis etiam id nomen addidi, quo nostra aetas utitur, vel potius quod in chartis librisque legimus, hoc monuerim: eam lectionem non semper certam esse, velut, ut unam e multis elegam, „Iuwendt“ re vera „Gywentė“ (Kalw.) pronuntiatur.

Fontes, e quibus locorum nomina sumpsi, hi sunt:

I. Codices typis descripti.

C = Codex Diplomaticus Prussicus ed. J. Voigt, Königsberg 1836.

M T = Das Marienburger Tresslerbuch der Jahre 1399—1409 ed. Dr. Joachim, Königsberg 1896.

M h. W = Monumenta historiae Warmiensis.

Na 7 p. 177—, 256— = Der neuen Preussischen Provinzialblätter andere Folge Band VII (Das älteste Vasallenregister des Samlandes).

P Q = Perlbach, Quellenbeiträge zur Geschichte der Stadt Königsberg im Mittelalter, Göttingen 1878.

P R = Preussische Regesten bis zum Ausgange des 13. Jahrhunderts ed. Dr. M. Perlbach, Königsberg 1876.

P U = Preussisches Urkundenbuch, I = Politische Abteilung ed. Philippi-

Wölky, Königsberg 1882, II = Politische (allgemeine) Abteilung ed. Seraphim, Königsberg 1909.

S = Scriptores rerum Prussicarum ed. Hirsch, Töppen, Strehlke, Leipzig 1861—74.

S U = Urkundenbuch des Bisthums Samland ed. Wölky-Mendthal, Leipzig 1891, 98, 05.

W = Die älteren Urkunden der Wallenrodt'schen Bibliothek in Königsberg von Dr. M. Perlbach, Königsberg 1874.

Weber Besitzurk. = Fünf samländische Besitzurkunden mitgeteilt von Lotar Weber, A M S XV p. 460—.

II. Codices et epistulae manu scriptae.[1]

92
94
95
96
97 A et B } qui codices vulgo appellantur „Kleine Handfestenbücher".

101 = Matriculae Vischusianae.

102 = exemplar codicis 101 saeculi XVII[2]).

103 = Privilegia des Bisthums Samland.

104 = exemplar codicis „103" temporis paulo recentioris.

105 = Privilegia des Stifts Samlandt, Item Grentzen, Recess und Handvesten der Aemter Tapiau, Gerdauen, Allenburg etc. Privilegia Culmensia.

---

[1]) Reperiuntur in archivo publico Regiomontano.

Inscriptiones codicum ex indice, qui ibidem est, non ex codicibus ipsis, quibuscum interdum discrepat, sumptae sunt.

[2]) Hunc codicem, post annum 1525 scriptum adhibui, quia archetypum „101" complet.

106 = Handfesten des Bisthums Samland.
107 = Alte Samländische Handvesten (Freien).
108 = exemplar codicis „107“ eiusdem fere temporis.
109 = Hoken und hubenbuch uff Samlandt.
110 = Samländisches Zinsbuch.
111 = Hubenzal zins dinst unt handvesten auff Samblant.

Qui tres codices 109, 110, 111 quando scripti sunt, non traditur. Sed ex eo quod in vico Ankreynen 109 p. 112. Jacun der Littow commemoratur, qui anno 1388 illic agrum accepit (107 p. 197^r^), et in Manito 109 p. 55^v^ Niclos, qui anno 1399 ibi collocatus est (107 p. 95^r^), nondum autem in vico Legiten 109 p. 56 mentio fit Mertyn Steneyke, cui anno 1400 illic agellus datus est (107 p. 97^r^), codicem 109 anno circiter 1400 conscriptum esse suspicor, non 1360, ut Pierson, Zeitschrift für Preussische Geschichte und Landeskunde X p. 485 coniecit Codices 110 et 111 exemplaria codicis 109 sunt, eiusdem fere temporis.

112 = Handfesten der Gebiete Labiau und Laukischken.
113 = Handfesten des Gebietes Ragnit und des Kammeramts Labiau.
169 A = Einnahme- und Ausgabe-Register, wahrscheinlich des Pflegeramts Lochstedt, Michaelis 1519 angefangen.
170 = Einnahme- und Ausgabe-Register des Pflegers von Lochstädt 1522.
172 = Einnahme- und Ausgabe-Register des Pflegeramts von Lochstedt, anfangend am Sonntag vor Michaelis 1524.

185 A = Verzeichnis des im Bisthum Samland gefallenen Schosses 1515.

O B A = Ordensbriefarchiv.

XXIX, 88; XXXI, 42 ceteraque eiusmodi = epistulae, quae vocantur „Originalhandfesten". Latina numeri nota significatur cista, in qua membrana deposita est, Arabica autem, quota in cista sit, ut XXXI, 42 est epistula quadragesima secunda ex cista XXXI.

O. B. A. autem non ipse perscrutatus sum, sed a viro doctissimo Lerique-Angerburg mutuatus sum, qui cum nomina multa iam collegisset, litteris autem non mandasset, librum suum manu scriptum mihi perlegendum tradere minime dubitavit. Itaque conferendo meas lectiones varias saepe corrigere potui. Pro hac benignitate ei gratias persolvere hoc loco mihi liceat; nec non viro doctissimo E. Lewy, quippe qui virorum appellationum thesaurum, a se congestum, mihi etymon quaerenti pervestigandum tradiderit.

Restat ut, quae novitas est rei, exponam qua ratione in nominibus et conquirendis et enodandis usus sim. E fontibus supra enumeratis contuli vocabula locorum id est vicorum, camporum, montium, vallium, silvarum, lacuum, fluviorum, rivorum. Sed ut quatenus et quomodo singulae consonantes vocalesque tempore commutatae essent, intellegere potestas faceretur, conquisivi lectiones varias, quas potui omnes, tempore, quo fons scriptus est, proposito, fonte ipso postposito. Eas tantum omisi, quae quoniam ubique omnibusque temporibus promiscue scribebantur, „i" et „y", „c" et „k", „t" et „th", „v, w" et „uw" inter se differunt. Sed cave ceteras lectiones varias omnes natura effectas esse atque tales ut ita dicam iam in ore Sambitarum fuisse existimes. Immo haec consideres quaeso, iam in archetypo sive descriptionis finium sive epistularum, quae „Handfesten"

vocantur, quamquam scribae tum fere ex ore Prussorum nomina audiverunt, ea graviter corrupta esse. Velut si S U p. 146 sqq, lectiones scribae episcopalis conferas cum eis, quas Ordinis scriba praebet, non eadem nomina eos in animo habuisse putaveris. Quod mirum esse non potest; nam scribae, etsi non omnes, plurimi certe, ignari erant linguae Prussicae. Sin autem nomen saepius audiebatur, dico imprimis vicos maiores, paulatim vera forma exarabatur. Quo factum est ut non semper vetustior forma melior sit. Nomina autem rarius audita, quotiens archetypus transscribebatur, magis magisque permutabantur, non modo neglegentia, quamquam interdum magna erat, sed etiam propterea quod scribae, praesertim cum Prussicae voces eis, ut supra dixi, insolitae essent, perverse legebant. Nonnullae enim litterae velut „n“ et „u“, „c“ et „t“, „ch“ et „th“, „m“ et „in“ tum ita scribebantur, ut difficillime discerni possint. Huc accedit, quod librarii, cum ex diversis Germaniae regionibus confluxissent, suam dialectum etiam in nomina Prussica inferebant. Exempli causa in codice 108 pro terminatione — en, quam archetypus 107 habet, legitur — in. Operae esset, etiam Prussicorum nominum causa, quatenus in Ordinis libris dialectus scribentium irrepserit, quaerere tandem[1]) Quae lectionum varietas, quibuscumque casibus effecta, etymon investiganti maxime erat impedimento. Quotiens autem ne truncus quidem nominis congruebat, etymologiam ut vanam non adscripsi.

Linguam in nominibus enucleandis praecipue adhibendam scilicet Prussicam elegi. Sed fragmenta tantum supersunt, eademque aut ex alia ac Sambiensi dialectu sumpta, velut index ille verborum „Elbinger Vocabular“ qui vocatur, aut ut catechismi cum vocibus ad res reli-

---

[1]) Weller: Die Sprache in den ältesten deutschen Urkunden des deutschen Ordens, diss. Breslau 1911, hanc rem neglexit.

gionis attinentibus, ideoque parum idonei ad locorum nomina interpretanda; praesertim cum in ea, etiamsi non adeo ut in hominum appellationes, contexta sint multa vocabula prisca et obsoleta. Res eo fit difficilior, quod gens Sambiam incolens haudquaquam mere Prussica erat, Ordinis saltem temporibus, sed permixta et confusa cum aliis quibusvis nationibus. Etenim cum fieri non possit, quin vestigia earum etiam in locorum nominibus relicta sint, opus est, priusquam de linguis praeter Prussicam conferendis agitur, strictim attingere Sambiae incolarum originem.

Maxima Sambitarum pars eademque veterrima Prussi erant. Sermo illis proprius catechismis II et III nobis conservatus est. Quos Sambitas ab oriente cum Nadrovitis, Lituanis igitur confusos fuisse iam supra conieci. Vico autem „Nadrau“ et eo, quod in codicibus multi coloni nomine Nadruwe (111 p. 38^{v}), Nadrue (111 p. 56^{v}), Nadrauwen (M. T. p. 487) iveniuntur etiam in Sambia ipsa Nadrovitas et passim et catervatim habitasse satis confirmatur. Itidem ex nominibus Schalwen, Schalben, Littausdorf, illic Scalovitas id est Lituanos ne dicam gregatim sedes habuisse, cognoscimus. Atque re vera Schütz p. 94 Scalovitas patria ab ordine occupata in Sambiam migrasse narrat. Scilicet plurimi et Nadrovitarum et Scalovitarum per vim huc translati sunt. Alii ex regione „Juwendt“, „Inse“, „Tawe“ litus maris secuti usque ad „Eisseln“, „Eisliethen“, „Eisselbitten“, olim[1]) „Aisoln“, „Aisoliten“, „Ayslowiten“, migrasse videntur, Nam „Aisoln“, „Aisoliten“, „Ayslowiten“, vocem lit. ą́źůls, (pr. ausonis) = quercus complectuntur, nusquam alibi autem nisi apud „Juwendt“ „Inse“ „Tawe“ vicinosque vicos Lituani pro ą́zůls dicunt áiźůls. Omitto permultos

[1]) Eisseln apud Ragnit huc non pertinet, cum Lituani Eisuliai pronuntient.

Lituanos et Samogitas, maxima ex parte fugitivos, singulos ab Ordine in Sambia collocatos esse. Ne multa et disiecti et congregati homines, quibus sermo patrius Lituanicus erat, in Sambia tum reperiebantur.

A septemtrione Sambitae Lettos contigerunt[1]). In Neria enim Curonica circa annum 1400 Lettos consedisse ex M T p. 548 apparet. Quos celeriter inde usque in Sambiam ipsam invasos esse eo docetur, quod anno 1525/43 iam in vicis Postnicken et Germau vagantes inducuntur.[2])

Num autem Ordinis temporibus tam crebri fuerint, ut loca ab eis nomina acciperent, dubito. Quamquam enim „Kreutho", „Swentgriff" aliaque nomina Sambiensia a lett. krauta = ripa, grîwa = fluvii alveus ducenda sunt, optimo iure dixerit quis has voces non modo Lettos sed etiam Prussos retinuisse, Lituanos solos amisisse, Balticas igitur esse. Quod vero Passarge A M S VIII p. 20 Rantau, olim Rantowe, a lett ranta = ripa derivat, Letticamque coloniam esse vult, „ranta" e Livonica lingua depromptum est, neque Lettos circa annum 1297, quando primum „campi Rantowe" mentio fit (P U II, 426), iam eo progressos esse verisimile est.

Quasi fortunae ludibrio factum est, ut etiam reliqua Balticarum gentium natio, Sudovitae, in Sambiam deferrentur. Anno 1283 enim mille sescenti homines promiscui sexus, postquam Ordini se dederunt, in ea regione, quae nunc quoque „Sudauischer Winkel" appellatur, collocati sunt, atque paulo post mille quingenti apud Wargen et Mednicken (Dusb. cap 217/19, Codex 107 p. 139 seqq.). Cum autem illis temporibus oppidanis neglectis non plus decem incolae in □ km

[1]) Ad hunc locum confer: Bezzenberger, Die Kurische Nehrung und ihre Bewohner, Stuttgart 1889.

[2]) Bezzenberger l. c. p. 264.

reperirentur (L. Weber l. c. p. 123), plus tria milia Sudovitarum non modo fieri non potuit, ut in Sambitarum mores linguamque omnino concederent, quin etiam in illorum dialectum et locorum vocabula aliquid momenti fuisse verisimile est. Quem in modum autem et quatenus hoc factum sit, adhuc quoniam de proprio Sudovitarum sermone nihil certi traditum est, terminare non licet. Eos Lituana lingua usos esse Bezzenberger B. B. IX p. 253 alibique coniecit, atque una vox, quam in codice 3476 (Amtsrechnungen) folio 11 inveni, hanc coniecturam confirmare videtur. Legitur enim l. c.: „In dem Tierenbergischen und Sudauen die girgen undt Marschallswaldt" (De silvis res est!). Sudovitae igitur non ut Prussi median = silva dixerunt, sed ut Lituani „girgen" (lit. gìria).

Nunc accedamus ad eas gentes tractandas, quae non ut Lituani, Letti, Sudovitae cognatione linguaque cum Sambitis iunctae erant.

Ac primum quidem piratae, e Scandia Daniaque orti, quos nomine „Wikinger" vel „Warägen" vulgo appellare solemus, nobis in conspectum veniunt. Quos latrocinantes non solum tempus quoddam in Sambia moratos esse, ut censet Lohmeyer p. 12, sed etiam nonnusquam in perpetuum remansisse et in chronicis Olai et Saxonis Grammatici narratur (Voigt I p. 204, 235) et eo, quod apud Wiskiauten Skandinavica ornamenta pretiosissima reperta sunt, confirmatur (Hollack p. 184/185.). Scribit de hac re Heydeck, Sitzungsberichte der Altertumsgesellschaft Prussia 1900 p. 62: „Die grosse Zahl der Wikingergräber in der Kaup (apud Wiskiauten), deren Alter durch arabische Münzen als dem 8. Jahrhundert angehörend, bestimmt worden ist, führt zu der Annahme, dass in dieser Zeit hier im Samlande grössere Ansiedlungen von Skandinaviern existiert haben." Quin etiam uni loco nomen nescio

an dederint: „Warrengen“ enim a voce „Warägen“ (Scandinavice „vaeringi“, – russ. „varjaga“ = fur Mikl. p. 375) forsitan derivandum sit. Tum autem, cum Ordo Teutonicus in Sambiam pervenit, iam funditus evanuerant atque tamquam immersi erant in Sambitas.

Colonos Germanicos Ordine regnante, cum et lingua eorum nota et locorum nomina manifesta sint, praetereundos esse censeo.

Extremum est ut paucis verbis Polonos perstringam. Circa annum 1400 in Sambiensibus scriptis eorum ne mentio quidem fit neque eis ante annum 1525 agri dantur. In oppidis autem XVI saeculo ineunte iam tam crebri offendebantur ut Regiomonti ex anno 1540 sacerdotes in aede sacra polonice loqui cogerentur. (Grzybowski, Geschichte der evangelischen Steindammer Kirche zu Königsberg i. Pr., Königsberg 1905, p. 6 alibique.)

Quam nationum in Sambia colluviem animo percurrentes fieri non potest, quin Praetorium, qui Acta Bor. II, 82 de Sambia ait „die rechte Preusische Sprache, durch die vielen Colonien aus Deutschland, die mit den Preussen vermischet gelebt, wie auch durch die dahin anlaendende Curische Fischer, ingleichen die Schlesische und Pohlnische Wittiniker, ein confusum chaos worden“, recte iudicasse concedimus.

Sed nunc redeamus unde digressi sumus! Quae igitur praeter Prussicam lingua in nominibus enodandis adhibenda est? Imprimis scilicet Balticae atque in his praecipue Lituanica. Non modo enim multi homines lituanice loquentes, ut supra legimus, in Sambia habitabant, sed etiam lingua eorum cum Prussica artissime cognata est. Sed Lettica quoque, etsi Livonicis aliisque verbis corrupta, interdum proficit. Conservavit enim multa vocabula Baltica, quae Lituani iam amiserunt. (Trautmann p. XII). Ex ceteris linguis respiciendae

sunt Slavicae. Quas ingentem in Balticas habuisse vim, egregie docuit Brückner (Die Slavischen Fremdwörter im Litauischen, Weimar 1877 et Archiv für slav. Philologie XX p. 481—). Atque in Prussicam dialectum sermo Polonicus, quippe qui proximus esset, potissimum se insinuavit; sed ut vocabula inde deprompta adeo trita essent pro Prussicis, ut etiam in locorum vocabula invaderent, (quod re vera factum esse „Damerau", = pol. „dąbrowa" declaratur) antiquissimis iam temporibus ea recepta esse oportet. Trautmanno autem auctore (p. XVII) prima verba Polonica deprompta sunt circa XII saeculum; aliquanto serius, quia longius siti erant, a Sambitis. Qua de causa non prius etymon Polonicum suspicandum esse puto, nisi vici nomen ante annum 1350 non exstat. Attamen a Sudovitis, finitissimis Polonorum, facile fieri potest ut iam circa annum 1300 locorum nomina Slavicis radicibus composita importata sint. Donec autem horum nomina neque conquisita neque cum Sambiensibus collata sunt, hanc rem in medio relinquere melius fuerit.

A

1326 **Abenda** territorium S I p. 144

1327 Abende ecclesia 107 p. 305^{r}

1327 Obende 108 p. 319^{r}

1348 Abinde 101 p. 75^{r}

Ex eo quod 107 p. 305^{r} „Wissebiten“ super „Abende“ scriptum est, conicere licet Abende conversionem esse Prussici nominis Bethen (vide illic!): pr. bitai = vespere.

1369 **Abs Dausil** (Dansil?) lapis 101 p. 100

In priore appellationis parte pr. abse = populus inesse videtur.

1378 **Absynnkeyn,** Obsynen S U p. 349

pr. abse = populus — pr. caymis = vicus

nunc Absintkeim.

1263 **Absowe** campus S U 43

Ness. Thes. p. 2: pr. abse = populus.

1400 **Ayslowiten** 109 p. 121

1440 Ayslowythe. Aysselwitten XXX, 50

lit. ąźůlas, pr. ausonis = quercus —

lit. wëtà = locus nunc Eisselbitten.

1400 **Aisoliten** 109 p. 110

cfr. lit. Aźuolyte Vaiszg. II 11 et sequens nomen nunc Eisliethen.

1400 **Aisoln** 109 p. 125

1400 Aysolen 110 p. 49

1480 Aysel 92 p. 70^{r} nunc Eisseln

1480 Ayssell 111 p. 88^{r}

— Ayssolen 107 p. 203^{v}

lit. áźůlas, vel potius ut circa Juwendt pronuntiatur: áiźůlas, pr. ausonis = quercus.

1458 **Ayssen** 94 p. 314

cfr. lit. Ayse, fluvius et Aysėnai vicus (Kalw.)

1341 **Akympne** 105 p. 240^r

Si *Akympane supplendum est, latet lit. akmů = lapis et pr. pannean = palus.

1338 **Algasis** silva 107 p. 139^v.

1312 **Alkayne** 107 p. 138^v
1400 Alkayn 109 p. 72
1464 Allekayn 94 p. 271 nunc Alkehnen
1464 Allekaym 94 p. 283
1466 Alekeym 94 p. 331
1476 Allekaynen XXXI, 110
1478 Alkaynen 111 p. 65^r

lit. alkai[1]) = tumulus, aelkas, elkas = sacrum nemus (B. G. L. S. 282).

1458 **Alsitten** mons XXXIV, 69

In est viri nomen, cfr. Alsutte vir 110 p. 24^r
nunc Altsitt.

1301 **Alxowe** S U 106
1342 Algessow 101 p. 56
1319—1344 Alexow S U 252

cfr.:

1370 **Alxwangen** 107 p. 293^r
1514 Alexwange XXXI, 90 nunc Alexwangen

Ness. Thes. p. 5 a pr. alskande, lit. alksnis = alnus derivare vult conferens lit. Alexen, Alexkehmen, Alexmesckeit. Sed fortasse et in Prussico et in Lituanico nomine latent lit. Alėks, Alėkna, nomina gentilia (Kalw.), nisi forte abbreviationes nominis Alexander sunt.

---

[1]) vocem nusquam accentu notavi, nisi aut in fonte additus erat aut mihi ipsi notus erat.

1400 **Ankreynen** 109 p. 112
1400 Ankreyn 110 p. 43 nunc Ankrehnen
1420 Ankraynen XXXI, 42
1420 Anckareinen, Angkerin 111 p. 93^{r}
— Anckereinen XXXVI, 9
vide sub Aweyken!

1312 †**Anctigirgen** 112 p. 14^{r} nunc Augstagirren
Ex hodierna appellatione apparet restituendum esse: *Auctigirgen: lit. áuksztas = altus et lit. giria = silva; cfr. Auksztogirei (Kalw.).

1380 **Ansiwin** silva 107 p. 206^{r}
1380 Ansewin campus 108 p. 216^{r}

1337 **Antetaw** 96 p. 110^{r}
Locus Sambiensis?

1331 **Ardmana** locus, Ardmanna, Ardnipa S U 193
Ness. Thes. p. 7 legit: Ardinpa, sed comparandum est Trinippe lacus W p. 12. Cum priore nominis parte videntur cohaerere: Ardappen, apud Bartenstein. et lett. erts = latus, lit. ardùmas = latitudo.

1331 **Arganeyko** locus S U 195
Quod Pierson A M S VII p. 602 coniecit, afferre supervacaneum est.

1407 **Argsteicke,** quercus cruce signata 104 p. 1^{r}
1411 Argstick, eyn beschotter pfol, 103 p. 7^{r}

1258 **Arys** S U 25
1319—1344 Aresow S U 254
1378 Arissow 101 p. 131 nunc Arrissau
1388 Arissaw 103 p. 2^{v}
1513 Aressaw O B A.

1322 **Arnow** S U 149
1322 Arnow S U 154 nunc Arnau
1345 Arnau 106 p. 139^{v}

Quod Piers. A. M. S. VII p. 602 a lit. warna = corvus repetit, Prussi nusquam ante vocalem „a“, „w“ addiderunt, praeterea pr. warne = lit. wárna conservatum est.

1352 **Arsenpint** S U 279
cfr flumen Arse in Nadrovia S I p. 132 et Arsen locum in Curonia Biel. p. 207. — pr. pintis = via.

1400 †**Aselawken** 109 p. 190
vide: nunc Aszlacken

1388 **Aslawken** 107 p. 131^v
1388 Aslauken 108 p. 135^r
1388 Aslanken 111 p. 69^r nunc Auschlacken
Piers. Cod. p. 490 proponit vix recte pr. aus — (lit. ausch.) = quercus. Inest nisi fallor pr. asy, lit ażiȧ, eźẽ = limes et pr. laucks = campus.

1394 **Aslese** rivulus XXXV, 23
1517 Aschlesche XXXV, 94

1400 **Asseniken** 109 p. 94
Nisi „s“ duplicatum esset, pr. asy = limes comparandum esset.

1336 **Aswailen** 107 p. 217^r
1336 Asswaylen 108 p. 227^r

1410 †**Auditen** 109 p. 146
Deminutivum est nominis Awde. Vide illic!

1331 **Aucopte** rivulus, Auckopte, Ankopte S. U. 192
1395 Ancupte C III 177
Ness. Thes. p. 11: pr. au = de et Kopte; vide illic.

1331 **Auctacops** mons, Auctukape, Awctumkape SU 186
Ness. A M S. VII p. 311: lit áuksztas = altus et lit. kãpas = tumulus.

1331 **Auctowangos,** Auctowangin S U 193
lit. áuksztas = altus; pr. wangus = locus incultus Ness. A M S. VII p. 315

1352 **Aure** fluvius S U 281
1353 Aura 106 p. 21^{r} nunc. Auer
Hoppe A M SXIII p. 570 ducit a lit. jówaras = populus, errato, cum ex pol. javor mutuatum sit. (Brückner F W. p. 87.) Praeterea haec arbor tum ibi nondum inveniebatur. Scripserim lit. jauras = locus paluster, cfr. lacus Aurin apud Seeburg M. h. W. 2, 183.

1361 **Aurow** vicus 106 p. 25^{v}
Vide supra!

1331 **Ausnicz** silva, Ansnit, eyn eychwalt, S U 193
Ness. A M S VII p. 315: pr. ausonis = quercus.

1447 **Austnithe** silva? 103 p. 111^{v}
A viri appellatione Awstin S IV p. 112 ducendum est, cfr. lit. Austynėlei (Kalw.).

1291 **Autekaym** S U 78
1336 Oytekaym XXXIV, 5
1354 Auctekaymen 101 p. 93^{r}
1396 Antekayme 103 p. 79^{v}
1409 Antekaym 103 p. 61
Ex Oytekaym patet Au—, non An—, lectionem veram esse lit. áuksztas = altus et pr. caymis = vicus, cfr. lit. Aukszt-kiemis (Kalw.).

1300 **Aweyken** 105 p. 19^{v}
1300 Alveyken S U 104
1331 Anweyke 106 p. 24^{v}
1350—1400 Awauken S. I p. 290 nunc Aweyken
1523 Aweken XXIX, 88
— Awayken 106 p. 86^{v}

Fieri potest ut restituendum sit *Auweike, ubi „u“ ante „w“ evanuerit. In Ankreynen = nunc Ankrehnen „n“ genuinum est.

1447 **Awde(n)** silva? 97 p. 169r
cfr. Auda, regio in Scalovia C III, 124. lit audene = meles (B. G. L. S. 274)? cfr. Broide silva 103 p. 180r et pr. braydis = alces.

1318 **Azara** palus SU 131
pr. assaran = lacus.

B

1389 **Bayderithen** 106 p. 59 nunc Beydritten
1400 **Bayntheinen** 109 p. 17
1360 **Backelithen** 103 p. 4v
1360 Pakelyten XXIX 7r
Deminutivum est insequentis nominis.

1340 **Bakoy** 105 p. 240r
1400 Backen 109 p. 73
Lituanum gentilicium Bakys, Bakatis (Kalw.) continetur.

1302 **Backolen** 103 p, 73
1421 Backelen 106 p. 81v
1421 Backeln XXVIII 22 nunc Backeln
1510 Backlenn XXVIII 65
1515 Bogkeln 185 p. 25r
Cum 103 p. 76 legamus: „Backelsmol“ id est pistrina viri Backel hoc quoque nomen cum superioribus cohaeret.

1258 **Balga** S U 26
Tum in Nergia situm erat, cfr. Panzer A M S 26 p. 259: „Die Verbindung des frischen Haffs mit der Ostsee in geschichtlicher Zeit.“ Rogge A M S VII p. 556 eandem radicem in Balga et in

Ballethen (lit. balà = palus) latere opinatur, Piers. Cod. p. 491 lit. balja (!) = palus fingit. Sed Germanicum nomen est: „balge = Wanne, Vertiefung an der Küste, die auch bei der Ebbe voll Wasser bleibt". (Schiller—Lübben, Mittelniederdeutsches Wörterbuch.)

1331 **Barbalenx,** via ad mare, Barbalanke, Barbalanca S U 183.

Piers. A M S VII p. 598 dicit: „Den ersten Teil halte ich für das lit. barba (?) eine onomapoetische Bezeichnung des Gebrumms, sonst der Bremse, hier des Haffs;" „barba" mihi ignotum est, sed „barbėti" in usu est; cfr. autem sequens nomen, quod quamquam non ad mare situm est, eandem radicem continere videtur. — lenx Ness. A M S VII p. 309 verisimiliter a pr. lonki = trames derivat.

1376 **Barbenickenn** 111 p. 8^r

1400 **Bardow** 109 p. 94 nunc Bardau

cfr. lit. Bardinai, (Kalwaitis errato scribit Bardėnai et Bardai.)

1331 **Barne;** Warne S U 185

Ubique legitur Barne, in codice 106 tantum p. 64^r fieri potest ut legat quis Warne. Piers. A M S VII p. 599 non probabiliter conicit lit. barnis = rixa.

1333 **Barten** 107 p. 42^r

1333 Bartin 108 p. 43^r nunc Barten

1408 Barthenn 111 p. 27^r (complures huius nominis vici) Vide:

1400 **Bartheyn** 109 p. 106

1420 Bartheynn, Barthene 111 p. 100^r nunc Barthenen

Hic Prussi ex Bartia habitasse videntur. Cfr. Bartus, Bartho viri (Piers.), qui in Warmia versati

ex patria nomen traxerunt, haud secus atque Nadrue 111 p. 56v, Samaythe 109 p. 75 aliique in Sambia.

1258 **Bathowe** — moter S U 26
1400 Battow 109 p. 112 nunc Battau
1409 Batthen XXXI, 31 (duo huius nominis vici)

Cum priore vocabuli parte consentit lett. Bate, Bata (Biel. p. 202). De „moter“ lege sub „Mûttercaupe“.

— **Bawsiske** palus XXXV, 91

cfr. Bauske, fluvius in Curonia (Biel. p. 4).

1292 **Beymegeme,** Bimeygem, Bymigeyn P U II p. 373
1292 Bimeyem 103 p. 70v
1419 Bemigeyn 103 p. 66
1436 Beymegeyne Na 7, 278

Lectiones inter se discrepant ea de causa, quod „m“ et „in“ in illorum temporum scriptis discerni vix possunt. A „Beymeghe“, viri appellatione, locus nomen habet (Biel. p. 444).

1389 **Belaukin** XXXV, 21
1400 Belawken 109 q. 24 nunc Behlacken
1466 Bilawcken 94 p. 258
— Belauken 107 p. 27v

pr. bhe = sine aut lit. Bėle vir (Kalw.) et pr. laucks = campus.

1383 **Belyn** XXX, 8

lit. Bėle, Bėlinatis viri (Kalw.).

1352 **Bengarten** 101 p. 92v

Hoppe A M S XV p. 133 non recte repetit a lit. benkarts = spurius, cum haec vox ex Germanico „Bankart“[1]) transformata sit. Verisimilius Ness, Thes p. 17 Bengarten Germanicum esse coniectat.

[1]) Kluge, Etymol. Wörterbuch der deutschen Sprache.

1492 **Bergaw** XXVIII, 57
lit. Bergaws. vir (Kalw.)

1258 **Beroski** S U 27

1298 **Berow** 107 p. 213ʳ
lit. Beris vir (Kalw. p. 3 fonte indicta).

1422 **Bersenik** 103 p. 23

1422 Bersenicken 104 p. 14ᵛ nunc Bersnicken
cfr. lit. Beržininkai (Kalw.) Etymon vide sub „Bersin“.

1352 **Bersin** S U 264
Ness. Thes p. 17: pr. berse = bethula alba.

1339 **Bersnickenn** S U 232

1515 Barsenik 185 A p. 17ʳ nunc Barsnicken.
Ness. Thes. p. 17 pr. berse = bethula alba suspicatur, sed hic genuina vocalis „a“ fuisse videtur, non ut in Bersenik et Bersin „e“.

1326 **Bethen** territorium S I p. 108

1350 Betin S I p. 508
pr. bitai = vespere, cfr. „Abende“.

1472 **Bigitten** XXXI, 76 nunc Biegiehten
Ducendum est a viri nomine, quale in lit. Biga (Kalw.) et pr. Bigune (Piers.) exstat.

1302 **Bilden** polca S U 108

1302 Bildyn 106 p. 1ᵛ
lit. Bilda, nomen gentile apud Tilsit, pro quo Kalw. Bildatis praebet. cfr. etiam loci vocabulum Bildžei (Kalw.). Huc autem non attinet Piersonis „Bilderweczei“. Cod. p. 494.

1352 **Byledow** flumen 101 p. 88

1352 Biledaw 102 p, 276

1381 Bledow 103 p. 92ᵛ

1396 Billedaw 103 p. 83ᵛ nunc Bledau

1418 Bledaw 105 p. 62ᵛ (tres huius nominis vici)

— Billedow 103 p. 74ᵛ

1400 **Bylien** 109 p. 9^r
lit. Byla vir (Kalw.), cfr. locorum vocabula Biliunai (Vaisz. II p. 3) et Bylėnai (Kalw.).

1400 **Byoten** 109 p. 23
1400 Beyoten 109 p. 41
1411 Beyathenn 111 p. 31^r nunc Biothen
1413 Beyothenn 111 p. 31^r
1455 Byothenn 111 p. 2^v
Continetur viri appellatio Byot (Piers.),

1352 **Byskopniken** S U 284
1388 Biskopenik, Biskopeniken 103 p. 2
1515 Bishoffnick 185 A p. 17^r nunc Bieskobnicken
Ness. N. Pr. Prov. Bl. V p. 14: pr. biscops = episcopus.

1331 **Bitpelkis** palus, Bitpelki S U 193
pr. bitte = apis et pr. pelky = palus: Ness. A M S VII p. 315.

1398 **Blautowin** 107 p. 172 = Plautowyn (vide illic).

1396 **Bleckin** 108 p. 7
1400 Blecken 109 p. 7 nunc Blöcken
lit. Blėkius vir, cfr. Blėkei vicus (Kalw.).

1258 **Blodewe** S U 25
1332 Blodow 101 p. 40^v
1332 Blodaw 102 p. 116
1341 Bludow flumen 101 p. 54^r nunc Bludau
1393 Bludaw 103 p. 148^r
1515 Bluda 185 A p. 20^r
cfr. lit. Bludźey, Bludiszkei (Kalw.)?

1258 **Boyan** silva? S U 25
1258 106 p. 10^r Wyan errato legitur; nam lectio ex S U p. 25 sumpta confirmatur Piers. Cod. p. 495: Boyans, pons Warmiensis; cfr. etiam Biel. p. 222: Boju muiſcha.

1337†? **Boysken Lauke** 112 p. 19^{v}
i. e. campus viri *Boyske; cfr. Bayse, Boysithe viri (Piers.).

1363 **Bolestow** 107 p. 232^{r}
1363 Belestow 108 p. 243^{v}
1387 Blestaw XXIX, 14 nunc Blöstau
1396 Blesto XXX, 17
1400 Belista 109 p. 134
1400 Baliste 109 p. 130.

1338 **Bolyten** 107 p. 148^{v}
Piers. Cod. p. 491: lit. balà = palus nunc Balieth.

1258 **Bonowe** S U 27
1396 Bonow 107 p. 165^{v}
— Bonaw 108 p. 166^{r} nunc Bohnau
pr. Bone vir (124 p. 523), lit. Banys vir (Kalw.) cfr. lett. Bahnuhſe, Bahnus muiſcha (Stender).

1420 **Bontewisske** rivus 103 p. 78^{r}
1420 Bonte wisse XXVIII 19.

1450 **Bonzelake** 111 p. 1^{r} nunc Bonslack
Ness. Thes. p. 20: pr. Bonse vir. — lake contractum est ex — *lauke.

1400 **Bortiten** 109 p. 110^{r}
Deminutivum formae „Barten“ est, vide illic!

1400 **Boteynen** 109 p. 6^{v}
1458 Botteynen 94 p. 387 nunc Bothenen
1467 Boyteynen, Beytener felt 94 p. 309
pr. buttan = domus aut Bute vir (Piers.) cfr. lit. Butenei Vaisz II 23.

1498 † **Brantlawcken** 113 p. 38^{v} nunc Brandlauken
lit. Brandys vir (Kalw.) cfr. pr. Brandaw, Brandotinfeld (Piers.). lit. brántai = Convolvulus arvensis huc non attinet consonantis „t“ causa.

1407 **Broide** silva 103 p. 180^r
lit. brėdis, pr. braydis = alces, cfr. Reginge fluvius (97 p. 169^r) et pr. ragingis = cervus.

1461 **Brust** palus? XXX, 70
lit brìsti = loca palustria transire, lit brastà = vadum.

1472 **Bubain** P. Q. p. 69
1500 Bubeinen P. Q. p. 76
lit. Buba, nomen, gentile apud Tilsit. (Kalw. non affert.) cfr. etiam Bubainys, vicus (Kalw.).

1278 **Bulgayn** SU 65
1299 Bulgaynie, Bulgenie SU 97
1337 Balgayn 96 p. 119^v
1347 Bulgaym 103 p. 64^v nunc Bollgehnen
1425 Balgan 96 p. 101^v
1428 Bolgayn 103 p. 93^v

1346 **Bulichien** vel potius Bulithien 106 p. 32^r
1353 Bulytyen 106 p. 22^r nunc Bulitten
lett. bulitis = allium scordoprasum? Verisimilius est, locum a viro *Bulite nomen traxisse, cfr. pr. Bulike vir (Piers.). Hoppe, Wiss. Monatsbl. V, p. 90 viri nomen Bulite affert, sed fonte indicto.

1291 **Bumitigen** 103 p. 89^r
1297 Bunithigen 103 p. 89^v
1381 Bomiten 101 p. 123^r
lit. bumeia = casa (B. B. G. L. S. 227).

1300 **Burden** 107 p. 14^v

1522 **Burgin** XXVIII, 69
cfr. Burgelin, lacus apud Ortelsburg M. h. W. 3, 29

1300 **Bursene** S U 103
Errato pro „Sursene“ videtur scriptum esse; nam 105 p. 19^r eodem loco legitur: „Sursieine“, qui vicus re vera exspectandus est.

C vide sub K.

D

1352 **Dalgantis** pratum S U 279

1447 Dalgandt silva 103 p 111^{r}
vide sequens nomen!

1411 **Dallige** pratum 103 p. 7^{r}
lit. dałgios = calamus odoratus, cfr. Wolter p. 118: Dalgine.

1347 **Dalwayn** 101 p. 70^{v} nunc Dallwehnen

1340 **Damerowe** M. h. W. I 183

1411 Dampraw 108 p. 332^{v} nunc Damerau

— Damerow 107 p. 308^{v} (saepe!)
Neumann N. Pr. Prov. Blätt. V, 241: pol. dąbrowa = quercetus, cfr. ad hoc Bonk A MS XXVII, 625 et Ness. Thes. p. 26.

1305 **Damonis** C II p. 59
Pierson Cod. p. 297 locum Sambiensem esse vult, sed viri nomen videtur esse. („in fine Dammonis." S U 119.)

1359 **Dargow** 107 p. 151^{v}

1359 Dargaw 108 p. 151^{r}
vide insequentem formam!

1327 **Dargowayn** S U 177

1331 Dargnen S U 198

1331 Dargen, Darrygen S U 198

1394 Dargewayn 103 p. 165 nunc Dargau

1514 Darge, Darige O B A

1515 Dorgen 185 A p. 18

— Dargobayn 102 p. 52
pr. Darge vir (110 p. 42^{v}), lit. Dargys vir (Kalw.): Hoppe, Wiss. Monatsbl. V, p. 90.

1452 **Darnynnen** 111 p. 112^{v}

1466 Dirnynnen 94 p. 418
cohaeret cum „Derne“, vide illic!

1400 **Dawgayn** 109 p. 140
lit. Dowgis vir (Buga asm. vard. p. 5)
nunc Dogehnen

1400 **Deim** fluvius S 2, 518
1450 Deyme 97 p. 214^v nunc Deime
1465 Deheme Weber Besitzurk. A M S XV, 466

1257 **Derne,** Dernme vel Quedenowe S U 21
1257 Dernen S U 18
1257 Deruen 106 p. 7^v
1257 Dernne 106 p. 9^r
Beckherrn A M S XXXIII, 302 Derne nomen Germanicum esse contendit, sed Germanos iam anno 1257 vel potius ante 1257 Prussicis vicis sua nomina imposuisse credi non potest, praeterea „Darnynnen“, quod haud dubie huc attinet, suffixum Balticum exhibet. Cum maiore veri specie Ness. Thes. p. 29 pol. darn, russ. dern = turfa, caespes proponit.

1420 **Derwayn** 103 p. 78^r
1420 Dorwayn 104 p. 38
lit. derwà = taeda, = lett. darwa = pix aut lit. Derwatis, Derwyns viri (Kalw.) cfr. Derwiniai, vicus, Wolter p. 132.

1395 **Desyten** XXIX, 17
1426 Desithen 106 p. 87^v nunc Dossitten

1331 **Dewitte** silva, Dewinte, S U 193
Ex Pierson Cod. p. 499 apparet formam sine „n“ veram esse, legimus enim: Diwite campus, Dewithen lacus apud Allenstein. Scilicet inest pr. deywis = deus.

1388 **Dewslauks,** Dewslauke 107 p. 30^r

Restituendum est *Dewaslauks id est genetivus pr. deywis = deus et pr. laucks = campus.

1400 **Dilgen** 109 p. 99
1400 Dilge 110 p. 27 nunc Dellgienen
1484 Delgynn, Delgyn 111 p. 81^r

Hoppe A M S XIII, 572: pr. *delgis = urtica, lit. dilgỹnė.

— **Dirgowiten**

Piers. Cod. p. 499 locum Sambiensem esse opinatur, sed neque Voigt III, 435, unde nomen sumpsit, hoc confirmat, neque ipse usquam in Sambiensibus codicibus inveni.

1396 **Dirsunikaym** 107 p. 21^r
1396 Dirsunikaymen 107 p. 23^r nunc Dirschkeim?
1396 Dirsinekaym 108 p. 20^r (complures vici)
1400 Dirsunekaym 109 p. 90

Ness. Thes. p. 31: Dirsune vir et pr. caymis = vicus.

1390 **Dywonelauken** 107 p. 165^v
1390 Dywolauken 108 p. 176^v

pr. Dywon vir (Piers.) et pr. laucks = campus.

1450 †?**Dodo** flumen? 97 p. 214^v

cfr. Dadey, lacus, quod Ness. Thes. p. 25 a pr. dadan = lac repetit.

1338 **Doeteynen** 105 p. 239^r
1331 **Dome** S U p. 192, locus palustris.

lit. Domas vir (Kalw.)? cfr. Biel. p. 230: Dama locus. Non recte autem Piers. A M S VII p. 601 Muntileitis dumpnis affert.

1400 **Dompnikaym** 108 p. 299^v
1400 Domnykaym 107 p. 288^v nunc Dommelkeim
1400 Domenekaym 109 p. 69

Prior vocabuli pars saepe invenitur velut in Sambia: Mvntileytis dumpnis, in Sudawia: Helle-

dompne, in Warmia: Curwedumpne (Piers.), quae autem vis eius sit, erui non potest. Ness. A M S VII p. 315 confert lit. dumbù, lit. dum̃blas, lett. dumbrs ceteraque. Quod Pierson Cod. p. 641 pr. dumpnis = germ. Grund i. e, = ager, campus esse contendit, vana suspicio est.

1515 **Doplauke** 185 A p. 5ᵛ
lit. dů̃bē = fovea et pr. laucks = campus.

1353 †**Dorobin** 105 p. 212ʳ nunc Schwolgehnen
Nescio an accentu acuto efficiente ex „Durben, Dorben" natum sit. Hodiernum nomen loco impositum est a Swalgene, qui ibi collocatus est (105 p. 212ʳ).

1339 **Dorpme** C III p. 30.
Pierson „Dorpme" commutat in „*Dompme", quamquam 105 p. 243 sine dubio legendum est „Dorpme".

1353 **Douwin** 105 p. 212ʳ
1362 Dowbin, pistrina, Dowpin 105 p. 67ʳ nunc Doben
lit. daubà = vallis, fauces.

1277 **Drabnow** S U 63
1277 Drabnaw 105 p. 20ᵛ
1322 Drabenow S U 151 nunc Drebnau
1322 Drebenow 105 p. 6ʳ
1326 Dramenaw S I p. 108
1331 Drabinow S U 185
1407 Drebnaw XXVIII, 11
1440 Drebenaw 103 p. 178ᵛ
cfr. Biel. 322: Drabinu kalns. Etymon obscurum est, nisi Piersonem A M S VII p. 598, qui lit. drabnùs = pinguis, saginatus, latere suspicatur, sequi volumus.

1360 **Draymayken** vallis 103 p. 4ᵛ
— **Drausdithen** vide sub Trausdytin

1465 **Dripsiten** 94 p. 241, sed in dextra Pregorae ripa?
1390 **Drosten** 107 p. 25^r nunc Droosden
1447 Drasda 97 p. 169^r
pr. Drawsde vir (109 p. 163).

1258 **Drovinen,** — Drowinen — moter S U 27
pr. drawine = alveus apium in arboribus: Piers. Cod. p. 500. cfr. lit. Sausdravėnai (Vaisz. I p. 50).

1339 **Drucheyn** 101 p. 50^r
1515 Drugene 185 A p. 6^r nunc Drugehnen
— Drugen 104 p. 24^r
lit. drugỹs = febris, cfr. lit. Drugei (Kalw.).

1331 **Druppis,** palus, Druspis S U 191
Piers. A M S VII p. 600 conicit lit. drumstùs = limo turbatus, drumstas = faex, sed locus a possessore nomen traxisse videtur: lit. Drupis vir (Kalw.), cfr. lit. Drupiai, vicus (Vaisz. I p. 52).

1427 **Druthayn** 104 p. 11^r
1411 Truteyn 103 p. 7^r
1427 Druteyn 103 p. 16^v nunc Drughtenen
1436 Drutthyn Na 7, 278
1515 Drutthen 185 A p. 13
pr. druktai, lit. drútas, drúktas = validus, cfr. lit. Drukcziai (Vaisz. I p. 45).

1400 **Drutiten** (Wilkow) 109 p. 86
Deminutivum superioris nominis est.

1281 **Duyerus** 111 p. 76^v

1419 **Dulkam** 111 p. 88^r G. T. Dolkam
De Dul — vide sequentem formam, de — kam Ness. N. Pr. Prov. Bl. V p. 10 nescio an recte coniectaverit idem esse atque — kaim.

1394 **Dulokaym,** Dolokaym 107 p. 216^r
1400 Dulkaym 109 p. 125 nunc Dollkeim
— Dulokayn 107 p. 203^v

lit. dulỹs = lignum putridum, quod incensum vehementer fumat; pr. caymis = vicus.

1339 **Dulsyenkysus** C III p. 30
cfr. Dulzen apud Eylau (Piers.)

1400 **Dunow** 109 p. 15^r nunc Duhnau
cfr. lett. Duna, quod Bezz., Kur. Nehr. p. 133 a lett. dunas = limus repetit, cfr. etiam lett. Dunawas muiſcha (Stender).

1400 **Durbeniken** 109 p. 94
cfr. lit. Szalnas, Szalnatis vir (Kalw.). G. T. p. 100 legimus: „Lesnicken oder Selnicken“, sed Lesnicken apud Germau situm erat, Selnicken autem in cameratu Pobethen (94 p. 457).

1400 **Serappin** 108 p. 124^v
1400 Surappen 107 p. 121^v
1400 Surappin 108 p. 125^v nunc Seerappen
1400 Serappe 109 p. 65
— Serappen 107 p. 126
pr. ape = fluvius.

1420 **Serenappe** fluvius 95 p. 81^v

lit. szeȓnas = aper et pr. ape = fluvius, cfr. lit. Szernupys (Vaisz. II, 21).

1317 **Sibenow** 107 p. 70^{r} nunc Schiewenau
1400 Sebenow 110 p. 16^{v}
cfr. lit. Źibėnai (Vaisz. II, 22): lit. źibėti = fulgere.

1410 **Siessellin** 110 p. 66
errato scriptum est pro Kesseln, quod 109 p. 129 legitur.

1491 **Siglawken** 92 p. 155^{r}
pr. Syge vir (Piers.) et pr. laucks = campus.

1296 **Syke** S U 90 nunc Sickenhöfen
1346 Siken 101 p. 68.

1347 **Sillikaym,** Silkaym 111 p. 77^{r}
1356 Silkaymen 111 p. 77^{r}
1398 Silikaym 107 p. 147^{v} nunc Zielkeim et Sielkeim
1400 Silekaym 109 p. 16
1476 Silinkaym 111 p. 10^{r}
1480 Silikeym, Siligkeim (in margine!) 92 p. 120^{v}
1481 Syligkaym 92 p. 62^{v}
1499 Sulekaym XXXIV, 123
Ness. Thes. p. 160: pr. sylo = loca deserta et pr. caymis = vicus.

1331 **Syndow,** Cindow S U 187 nunc Syndau
Piers. A M S VII, p. 599 vix recte; lit. źiňdis = victus (sugendo sumptus!).

1299 **Singoren** S U 99
Piers. Cod. p. 713: pr. singuris = carduelis.

1387 **Sypayn** 103 p. 66^{v}
1450 Sypaynen 104 p. 59^{v}
Sypayne gens Prussica erat (S I, 140).

1298 **Sirgite** 107 p. 213^{v}
1400 Sirgiten 109 p. 122 nunc Sergitten apud Rudau

1458 Zergitten, Sergitten 94 p. 450
1480 Sergytten 92 p. 73r
pr. sirgis = equus castratus, cfr. lit. Źirgelis vir (Kalw.).

1400 **Sittekaymen** 109 p. 14
1400 Sitkaym 109 p. 16 — nunc Sittkeim
1400 Sittekaym 110 p. 7
— Sitikaymen 107 p. 1v
— Sitkaymen 108 p. 16v

1338 **Syxdeniten** S U 226
1344 Syxdenigken 103 p. 11 — nunc Siegesdicken
pr. sixdo = harena.

1346 **Scayte,** sancta silva 106 p. 32r
cfr. Schaiten, lacus apud Wartenburg (Piers.), Piers. Cod. p. 714 derivare vult a „lit. skait . . . bęten". Nusquam autem in „skaitýti" principio eiusmodi significatio latet; tum modo, cum libri in conspectum Lituanorum venerunt, „skaitýti (si)" et „legere" et rarius „precari" significabat.

1398 **Scalune** silva 103 p. 152v
Piers. Cod. p. 714: pr. skalus = taeda; sed scalus = mentum non = taeda est. In Scalune latet lit. skalà, lett. skals = taeda.

1338 **Skerpincz** 107 p. 139v
pr. pintis = via.

1331 **Scrodowegis** 103 p. 220v
1331 Scrodowisge, Strodowegis, Stredewegis S U 193.
Quamquam vera nominis forma non constat, tamen etymon conicere et Ness. A M S VII, p. 315 et Piers. A M S VII, p. 601 conati sunt: lit. skrudẽ (= skrusdėlẽ) inesse suspicati sunt. Alteram nominis partem Piers. l. c. ex *weisigis contractam esse docet; vide „Treonkaymynweysigis".

1352 **Scudeyken** S U 284
pr. Scudeyke vir (Piers.).

1333 **Scudewezege** pratum 107 p. 129v
pr. Skude vir (Lewy p. 60); de „wezege" vide „Treonkaymynweysigis".

1344 **Scuditen,** Schudithen, Schuditten S U 250
1369 Schoditten 103 p. 188v nunc Schuditten
Ness. Thes. p. 168: pr. Schude vir; quod nomen scribitur etiam Skude (Lewy p. 60), cfr. lit. Skudys vir (Kalw.) et Skudai, vicus (Vaisz. II, 21). Quamquam hodierna forma „Sch" exhibet, tamen cum ex Prussicis tum maxime ex Lituanicis nominibus apparet „Sk" genuinum esse, cfr. etiam Hoppe Wiss. Monatsbl. V, p. 92: Scodete.

1333 **Slakelaux,** Slakelauchs 107 p. 183r
1338 Slakelauken 108 p. 191r
1338 Slakalauken 107 p. 139v nunc Schlakalken
1338 Slakalaukin 108 p. 144r
1400 Slakalaux 107 p. 183r
1400 Slakelawx 110 p. 64
1435 Slawkelawken XXX, 53
1439 Slakaylawken XXXI, 58
Piers. Cod. p. 716: pr. slanka = scolopax. Consonantis „n" autem in tot lectionibus ne vestigium quidem reperitur. Lit. Szlakys, Szlakatis (Kalw.) viri nomen contineri videtur; cfr. lit. Szlakaczei, vicus (Kalw.).

1331 **Smaydegarbs,** Smaydigarbs mons S U 193
1331 ? Smaydegarbe 101 p. 88v
pr. Smeide vir (XXXIV, 146) et pr. garbis = mons.

1480 **Smalickenn,** taberna 92 p. 123v
viri nomen Smalicke (110 p. 60) inest.

1302 **Smiden** S U 109
1302 Smydyn 106 p. 1v nunc Schmidehnen
1346 Smydighin 106 p. 18v
Germanica vox „Schmiede“ = officina ferraria inesse videtur.

1356 **Smokyten** 106 p. 23r
1395 Smakyten XXIX, 17
lit. smãkas = draco? (depromptum vocabulum! Brückner F W p. 134).

1400 **Sneckiten** 109 p. 89
cfr. lit. Sznekei? (= germ. Schnecken!).

1258 **Snotowe** S U 26
1331 Snoten, Snotyn 103 p. 217
1331 Schnoten 104 p. 97r
1458 Snatha 94 p. 395
lett. ſnots = gener, cfr. lett. Snoteǹ, vicus (Biel. p. 219).

1258 **Soke** S U 26
1299 Schokym P U II, 449
1326 Scoken terra S I, 55
1331 Schokin S U 192 nunc Schaaken
1398 Schokenn 111 p. 106r
1400 Schoken 109 p. 129
Piers. A M S VII, p. 601 vix recte: lit. szõkis = saltus (salire). Verisimilius mihi pr. schokis = gramen videtur, cfr. lit. Szokay (Kalw)? Szokay vicus circumdatus est magnis pratis.

1400 **Sokusken** ricus S2, 517; Schützius autem S4, 6 legit Kuskein.

1400 **Sondithen** 109 p. 78
1400 Sanditen 110 p. 72 nunc Sanditten
pr. Sande vir (Piers.). Ness. Thes. p. 154 derivatum nomen Sandutte comparaverat.

1343 **Sonnekaym** XXIX, 54 nunc Sonnigkeim
pr. sunis = canis et pr. caymis = vicus.

1400 †**Sorgin** 109 p. 180
— Sargyn 110 p. 72 nunc Zargen
Ness. Thes. p. 155: pr. Sargin vir, sed cfr. etiam lit. sárgas = custos.

1396 **Sorgiten** 107 p. 2^v nunc Sergitten
1400 Surgiten 109 p. 3 apud Nautzken
1458 Sirgitten 94 p. 399
lit. Surgys vir (Kalw.)

1327 **Sorcz** rubetum S U 168
lit. źiurksztai = rubetum. (Piers. lit. zurksztis affert.)

1409 **Sowekaw** M T 558
cfr. lett. Saueke vicus (Biel. p. 457), lit. Saukai (Kalw.).

1360 **Spalewyten** XXIX, 7
1390 Spalwithe 103 p. 12^v nunc Spallwitten
1515 Spalwitten 185 A p. 9^r
lit. Spalwys vir (Kalw.) cfr. Spalve, vicus (Vaisz. II, 10), aut lit. spalwà = penna?

1376 **Spingow** Weber Besitzurk. A M S XV, 460
lit. Spingys vir (Kalw.).

1400 **Šporwiten** 109 p. 121 nunc Sporwitten
1400 Sparwiten 110 p. 47
1458 Sparwith 111 p. 81^v
1498 Sporowitten XXX, 87
lit. sparwà = tabanus, cfr. lit. Sparvine vicus (Wolter p. 238).

1342 **Squoliskaym** 112 p. 13^v
1358 Squaliskaym 112 p. 11^r
pr. Sqwole vir (Piers.) et pr. caymis = vicus.

1287 **Stababras** P U II, 323
1331 Stabobrast, Stabobraste vadum S U 187
1331 Scabobrast C IV, 175
Ness. A M S VII, p. 311: pr. stabis = lapis et lit. brastà = vadum ctr. lit. Swentybrastys (Vaisz. II, 28).

1352 †?**Stabelow** 105 p. 241r
vide sequens nomen!

— †?**Stabynden,** Stabindenn 92 p. 98r
pr. stabis = lapis?

1331 **Stabynotilte,** lapideus pons S U 194
1331 Scabinotilte C IV, 178
Ness. A M S VII, p. 316: pr. *stabino (Adiectivi feminina forma!) = lapidea et lit. tìltas = pons.

1459 **Stallyn** 113 p. 22r nunc Stellienen
lit. stůlys = arborìs truncus tempestate eversus? cfr. lit. Stalupe (Kalw.).

1304 **Stangowe** 107 p. 89r
1400 Stangow 109 p. 51 nunc Stangau
1460 Stangen(n) 111 p. 115r
1468 Stanguaw, Stangaw 94 p. 185
pr. Stange vir (Lewy p. 37), lit. Stangys vir (Kalw.). Ness. Thes. p. 175 per errorem pr. Stankò comparat.

1318 **Stantowe** S U 131
1318 Stantow S U 130 nunc Stantau
1436 Stanttow Na 7, 288
Ness. Thes. p. 175: pr. Stanto, vir. cfr. lit. Stanczus (Kalw.).

1318 **Steynpat,** aqua S U 130
1331 Steupat fluvius S U 200
1353 Steypet rivus 103 p. 62

1331 **Steypata** palus S U 190
1331 Stoypota S U 191
Piers. A M S VII, p. 600: lit. stìpti = rigescere.

1305 **Steypts** locus, Steypes, Sterpts S U 119

1330 **Stenygeyn** S U 181
1430 Steyeyen 95 p. 128^{r} nunc Stigehnen?

1400 **Strobieyn** 109 p. 109
1414 Strabieyn(n) 111 p. 100^{v}
1450 Strabyeynen 111 p, 101^{r} nunc Strobjehnen
— Skrobyeyn 107 p. 194^{r}

1464 **Strottekaymen** 94 p. 271
1476 Strotkaym 111 p. 10^{r} nunc Strittkeim
1476 Strotkeym 92 p. 27^{v}
1487 Strutkeim XXXI, 104
pr. Stroyte vir (S U 244) aut lit. srutà = stercus liquidum?

1400 **Stupayn** 109 p. 110
1424 Skupaynns 111 p. 95^{v} nunc Schuppöhnen
1487 Skupayn 111 p. 98^{r}
Piers. Cod. 712 viri nomen Schuppayn (Na 7, 218) prius esse vult; (?). Ceterum utrum „Sk" an „Sch" genuinum sit, diiudicari non potest.

1394 **Stupar** 107 p. 200^{v}
1394 Stuppar 108 p. 208^{r}
1400 Stuparre 109 p. 113 nunc Stapornen
1424 Staporn XXXI, 41
1460 Stuperne(n) 94 p. 323
1502 Stuparren XXXI, 87
— Stupir 107 p. 180^{r}
Piers. A M S VII, p. 599: pr. stabis; conicit enim fuisse in lingua Prussica vocem, similiter a „stabis" derivatam atque lit. „kapùrnai" a lit. kãpas. Nescio an lett. stapari = stercus lateat.

1375 **Subsow** 107 p. 242^{r}

1344 **Sudelow** S U 256
lit. Sudila vir (Buga, asm. vard. p. 45).

1400 **Sudeniten** 109 p. 138 nunc Sudnicken
pr. Sudenite vir (Piers.).

1301 **Sudowe** P U II, 486
1400 Sudow 109 p. 131 nunc Sudau
1436 Sudaw 103 p. 27 (saepius)
1515 Saudaw 185 A p. 16^{r}
Ness. Thes. p. 179: Sude vir.

1353 **Sudowiten** S U 292
1353 Sudowitae 101 p. 92^{v}
„Sudovitae" in codicibus incolae Sudaviae terrae vocantur.

1331 **Sudrin** silva, Sodere, Sudere S U 193
1331 Sudirin C III, 177
Piers. A M S VII, p. 601: lit. sūdas = iudicium. Inest autem nomen possessoris: Suder, Sudir (110 p. 13^{r}, 12^{v}).

1400 **Suggelaw** 106 p. 86^{v} nunc Ziegelau?

1258 **Sunegowe** S U 27
1261 Sunegoge 107 p. 163^{r}
pr. sunis = canis et lit. gugà = tumulus? (lit. gõgas = tergum equi). cfr. Biel. p. 154: Augegoge? sed a liv. jögi = fluvius repetit.)

1258 **Sunecolowach,** Suneckolowach S U 25
pr. sunis = canis aut Sonicke vir (Piers.)? De „colowach" vide „Myntite colowach".

1302 **Sunike** S U 108
1302 Sonicke 96 p. 128^{r}
1376 Sunicken S U 342
pr. Sonicke vir (Piers.). Hoppe, Wiss. Monatsblatt V, p. 92.

1400 **Sunteynen** 109 p. 115
Quod Ness. Thes. p. 181: Sunteynen, Suntyenen granycz = Smytenen affert, fortasse huc non attinet (S U p. 25: Snutene) sed viri nomen esse videatur.

1326 **Surgurbi,** Sugurbi S I, 109 nunc Tapiau
pr. sur (gi) = circa et lit. gur̃bas = stabulum?

1326 **Suriene** S I, 290
vide sequens nomen!

1331 **Surik,** Surke palus S U 192
Piers. A M S VII, p. 601: lit. surùs = salsus. Sed lit. szurẽ = equisetum proposuerim, cfr. pr. Süre, rivus apud Elbing. (Piers.).

1468 **Surkaw** silva 111 p. 80^v
lit. Surkus, vir (Kalw.).

1302 **Sursieynis** S U 108
1302 Sursigenis 101 p. 77^r
1302 Sorsegeynis 96 p. 128^r
1321 Sursienis S U 137
1345 Sorsyon, Surseyne 107 p. 124^v
1345 Sorsyein, Sursyein 108 p. 128^r
1372 Sursyn 107 p. 125^r nunc Schorschehnen
1372 Sursen 107 p. 125^v
1394 Surseyn 107 p. 126^r
1400 Sorseyn 109 p. 66
1465 Sursynn 111 p. 71^v
cfr. lit. Szurszynai (Kalw.)?

1400 **Surteynen** 109 p. 108 nunc Sorthenen
cfr. pr. Surtike, Surtewe, viri (Piers.).

1262 **Surweisten** terra? P U II, 141

1319—44 **Swanieyten,** Swanigeyteu S U 253
1340 Schuanigeyten 102 p. 169
1348 Schuanieyten 102 p. 236

1447 **Swentgriff** lacus 97 p. 169^r
pr. swints = sanctus et lett. grîwa = vetus fluvii alveus, cfr. lett. Grihwa, locus (Ulmann p. 360).

1344 **Switthe** 101 p. 62 nunc Schwitten
pr. Switthe vir (Piers.) cfr. lett. Swittene, locus (Stender).

T

1460 **Tackte** 113 p. 15^r nunc Tacktau

1388 †**Tapelawke(n)** 105 p. 219^r
1392 Tappelauken 107 p. 209^v nunc Taplacken
1400 Tapelaken S II, 583 (olim saepius)
1402 Tapplauken M T 181
1440 Taplawken, Warmfelt genant 103 p. 178^v
1459 Tepplauwcken 94 p. 465
— Toplauken 107 p. 282^r
Cum 103 p. 178 legamus „Taplawken, Warmfelt genant" pr. *tapas = tepidus coniciendum est, cfr. skr. tapas = calor, ceteraque verba consanguinea Fick II^3 p. 567.

1255 †**Tapiow** P U I, 227
1258 Tapiom S U 27 nunc Tapiau
1261 Tapiowe S U 38
1289 Tapiov P U II, 341
1290 Thapio P U II, 348
1299 Tapiaw P U II, 449
Etymon vide supra! Dusburg cap. 112 narrat, Prussos non Tapiow sed Surgurbi dixisse. Sed Taplacken comparantibus apparet etiam Tapiow Prussicum nomen esse, praesertim cum Lituani Tepliawa pronuntient.

1360 **Tattapis** silva 107 p. 35^v

1515 **Thalbin** 185 A p. 15^v

1362 **Thalowe** XXX, 2
1388 Tolow XXX, 9
1438 Tolaw XXX, 47
1515 Thalaw 185 A p. 26v

pr. Tole vir (110 p. 6r). cfr. lit. Toluczei, vicus (Kalw.) lett. Tholowa (Biel. p. 78).

1517 **Thathiten,** Thathitenn XXXV, 94

1337 **Teykeyn** 96 p. 111r
1360 Teyken S U 313
1360 Teykin XXVIII, 4 — nunc Teiken
1377 Thoiken 107 p. 130r

pr. Thayke vir (109 p. 174).

1391 **Tenkyten** 107 p. 182r — nunc Tenkieten

1400 **Terpin** 109 p. 132
1463 Terpin, Treppin XXX, 72 — nunc Tarpienen

pr. Tarpi, vir (Piers.) aut lit. tárpas = intervallum.

— **Thormenicke** vide „Durbeniken“.

1400 **Tiekrieynen** 109 p. 116
1460 Tickergeynn, Tickerienen 111 p. 93v nunc Tykrehnen
1463 Tickeregeien, Tickergeien 94 p. 398

pr. tickars = rectus, verus?

1389 **Tiltenikin** S 2, 683
1392 Tiltenik 105 p. 189r — nunc Tölteningken
1392 Tiltonik 105 p. 188v

Lituani nunc pronuntiant Tiltininkai (Kalw.): lit. tìltas = pons.

1339 **Tirschaym** 102 p. 158
1411 Tirskaymen 103 p. 7
1422 Tirkaymen 103 p. 22 — nunc Dirschkeim
1426 Tirskaym 103 p. 29v
1515 Dirschkeim 185 A p. 12r

pr. Tirsko vir (Piers.) et pr. caymis = vicus.

1346 **Tholesway** 103 p. 179v
pr. Tole vir (XXXIV, 23) et pr. wayos = pratum.

1367 †**Totumb** 112 p. 14v

1332 **Transen,** Transow 101 p. 32r
1332 Trausen 102 p. 86
1352 Transyow SU 278
1383 Transeo 103 p. 84v nunc Transsau
1388 Transow, Transeow, Transeaw 103 p. 91
1388 Transaw 104 p. 45
1447 Transsaw 103 p. 110v
1447 Transsau XXVIII, 45
— Tramsow 107 p. 111r
pr. Transde vir? (110 p. 67v)

1400 †**Transutthin** 109 p. 181
1400 Transutten 110 p. 72
Deminutivum est formae „Transen".

1400 **Transwieyten** 109 p. 9
pr. Transde vir? (110 p. 67v) et lit. wėtà = locus?

1353 **Traskyten** SU 290
lit. trėszkẽ = vaccinium myrtillus?

1334 **Trausdytin** 106 p. 32v
1387 Drausdithen 106 p. 73v nunc Traussitten
pr. Drawsde vir (109 p. 163)?

1331 **Treonkaymynweysigis,** trium villarum pratum, Treonkayminweisgis, Trecukayminwesgis, Criunkayme SU 194. Piers. Cod. 727: pr. treon = trium, kaymyn = villarum, weysigis = pratum. Ness. Thes. p. 202 weysigis = pratum cum wayos = pratum cohaerere vult, vix recte. Vide „Triskaym"!

1387 **Trympauwe** XXIX, 14
1396 Trumpow 107 p. 233r
1400 Trimpow 109 p. 135 nunc Trömpau

1400 Trinpow 110 p. 53
1417 Trympnow XXX, 25
1424 Trumpaw XXX, 35
1436 Trimpaw Na 7, 264
1458 Trimppaw 94 p. 322
1465 Trimpau XXX, 73

cfr. lit. Trempai (Kalw.). cfr. deorum nomina pr. Natrimpe, Antrimpus, Potrimpo, lett. Trimpe (Piers.)

1491 **Trinippe** lacus W 12

lit. trȳs = tres. Ad—nippe confer „Ardnipa“ et „Grusnipy“.

1515 **Trintitten** 185 A p. 23v

1392 **Trynkoln** 105 p. 217v
1394 Trynkolyn 105 p. 217v

1262 **Trinczieyten** 103 p. 98v nunc Trentitten
1262 Trintiton, Trinczieten P U II, 129
1300 Trintiten, Trinczeit, Trintitem S U 105

Ness. Thes. p. 191: Trinta vir.

1421 **Triskaym** 106 p. 82r

lit. trȳs = tres et pr. caymis = vicus, cfr. lit. Keturkiemiai (Vaisz. I, 29).

1400 **Tromiten** 109 p. 54
1420 Tromitthen 111 p. 109r nunc Tromitten

lit. Tramys, vir (Kalw.)

1336 **Tropyten** S U 222 nunc Tropitten
1483 Troppitten XXIX, 69 (olim duo vici)

pr. Troppo vir (Piers.). Hoppe Wiss. Monatsbl. V, p. 92.

1447 **Trops** pratum 103 p. 111

pr. truppis = caudex aut possessoris nomen? vide supra!

1400 **Trumpiten** 109 p. 3
1429 Trompiten XXXIV, 48
1460 Trumpitten 94 p. 299
1462 Trompitten 94 p. 316

pr. Trumpe vir (109 p. 66), lit. Trumpa (Kalw.), cfr. lit. Trumpaczei (Kalw.) et Trumpėnai (Vaisz. I, 43) vici.

— **Truteyn** vide „Druthayn"

1432 **Trutenow** XXIX, 48
— Thruthenaw 106 p. 86^{v} nunc Trutenau

Nomen videtur Germanicum esse, cfr. Trautenau aliaque.

1371 **Thuthin** 112 p. 5^{r}
1377 Thuythen 112 p. 1^{v} nunc Theut
1377 Toyten(n) 113 p. 44^{r}
1439 Tote 113 p. 7^{v}

cfr. lit. Tuitai (Vaisz. II, 16).

1410 **Tugeyn** 110 p. 55

1340 **Tucten** 105 p. 32^{v}

1341 **Tuleyn** 105 p. 240^{v}

pr. Tulyn vir (Piers.), cfr. etiam virorum nomina Thuleke, Tuletarp, Tulegerde, Tulegede ceteraque.

1400 **Tulen** 109 p. 27
1400 Tule 110 p. 58

cfr. lit. Tulei (Kalw.). Etymon vide supra!

1400 **Tuleparst** 109 p. 27
1400 Tuleprast 110 p. 58
1478 Tuleparst 111 p. 32^{r} nunc Thulpörschken

1400 **Tuliten** 109 p. 50

Deminutivum est formae „Tulen".

1353 **Tungemeriskin,**
— Tungemyriskin 101 p. 91^{r}

Viri nomen Tungemyr (XXVI, 6) inest.

1326 **Tuwangste,** Tuwangeste silva S I, 92

Hoppe A M S XIV, 41 nescio quo pacto *twangus = wangus esse docet. Etiam Lituani hoc nomen habebant; vide S III, p. 560: Twangste, Twankste, Twongst, Twoyngst.

1331 **Twarkte,** palus S U 193
1331 Twarete 106 p. 56v

1325 **Twirgeyten** S U 161
1347 Twirieythen S U 362
1325 Tbirieyten 102 p. 36 — nunc Twergaiten
1344 Tergeyten XXVIII, 41
1347 Twirieythen S U 362
1357 Twirigeiten, Twirgeiten S U 307
1515 Turyeyten 185 A p. 28r

Piers. A M S VII, p. 601, quippe qui hodiernam tantum formam Twergaiten noverit, confert lit. twar̃tas = saepimentum, Hoppe Wiss. Monatsbl. V, p. 92 viri nomen Twerke. sed vide lit. Tvyrai, locus (Vaisz. II, 27): lit. twyrai = Acillea ptarmica.

U

— **Ubbacobe** vide „Oubetobe“.

1394 **Ubeniken** S II 679
1425 Hubenyk 103 p. 15
1425 Hubenicken 104 p. 10r — nunc Hubnicken
1514 Hubenigk O B A

germ. Hube, Hufe = iugerum, cfr. lit. ũbas et Ubiszkiai (Vaisz. II, 17).

— **Ugeyne** vide „Wogenis“.

1312 **Ubolithen** 105 p. 239v
1330 Ubilithen 105 p. 238v
1392 Obeliten XXXV, 22
1400 Ubeliten 109 p. 20 — nunc Oblitten
1464 Obliten, Oblitten 94 p. 346

1470 Oblieten XXXIV, 96
1496 Ubliten 111 p. 19ᵛ
lit. obelìs, pr. (in dialectu Pomesana quae vocatur) wobalne = malus, woble = malum.

1400 **Uliten** 109 p. 37
cfr. lett. Ulit' (Biel. p. 261).

1331 **Umpna** collis, Umne id est clibanus S U 190
pr. vumpnis = clibanus, furnus.

1361 †**Uppin** 105 p. 65ʳ nunc Oppen
lit. ùpė = fluvius (pr. ape!).

W

1488 **Waydey** silva XXXIV, 113
vide sequens nomen!

1339 **Wayditen** 101 p. 49ʳ
1339 Vuaditen 102 p. 158
1352 Woydyten 101 p. 92ᵛ
1352 Woyadyten S U 284 nunc Woydieten
1407 Weydithen XXIX, 112
1407 Weydetten, Woyditten 104 p. 1ʳ
1515 Weiditten, Wiaedetten 185 A p. 13ᵛ
cfr. lit. Waidinei, vicus (Kalw.), Vaidai, palus (Vaisz. II, 4): lit. waĩdas = portentum, simulacrum vanum. (pr. waidinnasi), lit. waydýtisi = obviam fieri hominibus speciem mortui vel daemonis.

1331 **Waidipelkis** S U 194
cfr. Waidbalei (Kalw.). Piers. A M S VII, 601 lit. waĩdas = rixa proponit, sed vide supra!

1331 **Waygispelkis,** palus furum, Waykispelkis, Wagipelki S U 194
Ness. A M S VII, p. 316: pr. *waygis, lit. wagìs = fur et pr. pelky = palus. Scilicet Waygis — genetivus est.

1331 **Waykar** 103 p. 221 et 104 p. 100 in conversione epistulae Germanica pro insequenti nomine per errorem.

1331 **Waykaraykis,** Waykareikis, Woikarik S U 194/95 Piers. A M S VII, p. 602 non probabiliter coniectavit: pr. waix = servus, minister et lit. riekti = agrum arare prímum (?). Proposuerim pr. waix = servus vel pr. Wayko, vir (Piers.) et lit. araikis = terminus.

1307 †**Waynegine** 112 p. 18r nunc Waneggen cfr. lit. Vainagiai (Vaisz. II, 9) et Vainus, vir (Buga asm. vard. p. 45).

1400 **Wayskyten** 109 p. 124 nunc Weischkitten

1305 **Waixedies,** Wiaxedis P U II, 530
1416 Waxeden 111 p. 17v
pr. waix = servus et lit. sėdėti = sedere, vide Garpseden!

1258 **Waldowe**, Waldow S U 27 nunc Waldau
Ness. Thes. p. 198: Waldow, vir; Piers. A M S VII, p. 602: pr. *waldenix = rex, cum utriusque etymon lit. waldýti = regnare contineat, et Ness. et Piers. consentiunt

1345 **Valken** 107 p. 144v
lett. walka = rivulus, locus paluster cfr. Kasewolx".

1454 **Walpis** = fluvius 113 p. 37.

1396 **Walppelawken** 113 p. 32r
cfr. lett. Walpene (Biel. p. 188) et superius nomen Walpis.

1331 **Waltheweyse** pratum, Gwaltewesse S U 201
Piers. Cod. p. 510 confert Gwilden et Gwelta; Gwilden autem num huc attineat dubito. De — weyse vide „Treonkaymynweysigis!"

1342 **Wangelauken** S U 240
p. wangus = silva paene exstirpata et pr. laucks = campus.

1240 †**Wangen** terra 112 p. 13^{v} nunc Wangen
vide supra! (duo vici).

1322 **Wangeniken** S U 149
1331 Wangnykin,Wangenikin S U 187 nunc Wangnicken
1331 Wanginken C IV, 175
vide „Wangelauken!

1400 **Wangesin** 109 p. 4
1400 Wangosin 110 p. 2^{v} nunc Wanghusen
1458 Wangussen 94 p. 337
vide „Wangelauken" !

1491 **Wardo** XXIX, 72
Exspectatur *Bardo = Bardau; sed cfr. lit. Vardava (Wolter p. 144).

1383 **Wargee** 101 p. 101^{r}
1396 Wergin 108 p. 69^{r}
1398 Werge, Wergen 103 p. 82
1399 Wergee 107 p. 82^{v} nunc Wargienen
1440 Wergehe XXVIII, 39 (duo vici)
— Wergoe 108 p. 84^{v}
— Wergoy 108 p. 85^{v}
— Wargenn 111 p. 66^{r}
lit. wérgas = servus aut lit. war̃gas = aerumnae, miseria?

1318 **Wargyn** polca S U 129
1400 Wargen 109 p. 50 nunc Wargen
— Wargenn 111 p. 66^{r}
Piers. A M S VII, p. 598 lit. war̃gas = miseria (pr. wargs = malus) cfr. lit. Warguczei, vicus (Kalw.).

1333 **Wargiscus** XXXI, 110
In margine scriptum exstat: „Wargischken h. Barschnicken." Etymon vide supra.

1436 **Warkeyne** Na 7, 278
Exspectatur „*Markeyne".

1354 **Warne** 107 p. 304r
pr. warne = corvus cfr. lit. Warnai (Kalw.).

1341 **Warnye** 705 p. 240r nunc Warnien
vide supra! cfr. lit. Warnije (Kalw.).

1400 **Warniken** 109 p. 90 nunc Warnicken
Etymon vide „Warne". cfr. lit. Warnininkai (Kalw.)

1400 **Warxeden** 109 p. 24
lit. war̃gas = aerumniae malum; lit. sėdéti = sedere, cfr. Garpseden.

1381 **Weyden** 101 p. 124r nunc Weydehnen
vide „Waidei"!

1258 **Weyskyn** 106 p. 10
1258 Weysken SU 25
1300 Wyskaine 105 p. 19r
1300 Wiskame SU 103
1302 Weyskanis 106 p. 1r
1302 Weyskaynis SU 108
1321 Woyscaynis SU 137
1322 Woyscaymis 105 p. 6r
1322 Woyskains 105 p. 36v
1322 Wayskains 106 p. 48v
1326 Wyskayne S I, 290
1333 Wyskayn 107 p. 129v
cfr. „Wayskyten".

1517 **Weispelke** rivus XXXV, 94
cfr. lit. Wëszkelis = via publica; de wësz — — vide Fick II³, p. 668 pr. pelky = palus.

1258 **†Velowe** S U 25
1326 Wilow, Wilaw S I, 93
1336 Welaw 111 p. 39^r
1400 Welow 109 p. 146 nunc Alt-Wehlau
1400 Welouwe 110 p. 72
1400 Wilouwe 110 p. 71

Lituani pronuntiant: Wëluwa (Kalw. etiam Wėluwa scribit, quod aut ex dialectu sumpsit, aut ex lingua Germanica). Ipse saepius audivi Wëlawa quam Wëluwa. Etymon obscurum est. Hennig Archiv p. 630: (lit. wilióju) omitto; cfr. lit. Wëlaczei, vicus, quod Kalw. similiter atque supra in Wėlaczei corrumpit, quamquam in hoc vico nemo, nisi forte Germanus. „ë“ et „ė“ commutat.

1255 **Wergenow** P U I, 236
1398 Wergenaw 107 p. 204^r nunc Wargenau
1398 Wargenow, Wargenaw 108 p. 214^r
1504 Wargenau XXX, 93

pr. Wargino, vir (Piers.)

1450 **Werßniken** 97 p. 210^v
1450 Wersnickenn 111 p. 1^r

pr. Wersenik, vir (109 p. 43).

1258 **Werthelen,** Werchele S U 25

C I, 114 Werchelen praebet, quamquam 106 p. 10^r, unde lectio sumpta est, „n“ deest.

1333 Warethalis 107 p. 161^r

cfr. lit. Vartialiai (Wolter p. 222); pr. warto, lit. wartai = porta.

1400 **Werxeden** 109 p. 50

Etymon vide sub Warxeden. Fortasse Werxeden et Warxeden dialectum indicant, cum vicus Werxeden in cameratu Waldau, Warxeden autem in cameratu Cremitten situs fuerit.

1331 **Wesgintz** pratum S U 188

Ness. Thes. p. 204: pr. wisge = havena aut *weisigis = pratum, Piers. A M S VII, p. 600: lit. wĕsz—(wĕzkelis) et gìnti = defendere affert, sed aut lit. waisgínas = locus, ubi ajugae crebrae inveniuntur. aut viri nomen lit. Wisgiñts (Indog. Forsch. 26, p. 338) inest.

— **Wyan** vide Boyan

1469 **Wigal** XXXI, 74

cfr. lit. Vigeliai, vicus (Vaisz. II, 5) et lit. Wygaila, vir (Buga asm. vard. p. 21).

1409 **Wykenisken** 111 p. 101ʳ

vide sequens nomen!

1283 **Wikus** S U 70

1337 Wyko 96 p. 111ʳ

1224 Wickow, Wikaw 103 p. 155ᵛ nunc Wiekau

Piers. A M S VII, p. 598: pr. wickis = vicia, sed haec vox, praeterquam quod „i" breve habet, ex Germanica lingua deprompta est. Proposuerim lit. Wykus, vir (Kalw.).

1300 **Wilchytien** S U 106

S U 106 Wilchytien = Willgaiten esse adnotatur, vide autem „Willeiten". lit. wilkýtis (pr. wilkis) = lupulus.

1411 **Wilgeym** 103 p. 7ʳ

1366—70 **Wilcayme** S U 336

1409 Wiltekaym 106 p. 68ʳ nunc Willkeim

1420 Wiltekaymen 103 p. 78

cfr. pr. Wiltito vir (109 p. 112), quod nomen a *Wilte ductum esse verisimile est; pr. caymis = vicus. Ness. Thes. p. 205, antiquam vocabuli formam ignorans, pr. wilkis latere opinatus est.

1261 **Wilkey,** Wilika, Wisila P U II, 114

1318 Willeky silva 107 p. 143ᵛ

1407 Willekye, P. Q. 27 nunc Wilkie
1450 Wilkeye 92 p. 194ᵛ

Ness. Thes. p. 205: pr. wilkis; cfr. lit. Vilkija (Vaisz. II, 12).

1396 **Wilkeynen** 111 p. 23ᵛ
1396 Wilkenen 107 p. 30ʳ
1415 Wilkeno 111 p. 23ʳ nunc Willkühnen
1416 Wilken XXXV, 101

cfr. lit. Vilkine (Vaisz. II, 17). Etymon vide supra! Hoppe, Wiss. Monatsbl. V, p. 93 viri nomen Wilkune latere opinatus est.

1333 **Wilkote** silva XXXI, 3
1333 Wilkotte 107 p. 129ᵛ

lit. wilkùtis (pr. wilkis) = lupulus.

1386 **Wilkow** 107 p. 170ᵛ nunc Willkau

vide „Wilkey"!

1396 **Willeiten** 107 p. 135ᵛ
1396 Wylleytin 108 p. 139ʳ
1396 Willeithenn 111 p. 72ᵛ
1400 Wilhethen 109 p. 69 nunc Willgaiten
1424 Willieyten XXXI, 47
1476 Wilgeyten 111 p. 10ʳ
— Wilheiten 107 p. 133ᵛ
— Willyeytin 108 p. 137ʳ

Nisi fallor, inest nomen Abeli Will, illius viri, qui catechismum in linguam Prussicam convertit. Si licet fingere formam nominis Lituanicam, facile intellegemus et viri nomen Will contineri et quo modo factum sit, ut modo „Willeiten", modo „Willieyten", modo „Wilgeyten" scribi potuisset. lit. *Willijaicziai. Nam suffixo — aicziai indicatur a gentilicio derivatio; quod autem „j" reperimus, apparet, hanc literam et plane neglegi potuisse, et consonanti „g" reddi.

1396 **Wiltyten** 107 p. 15ᵛ nunc Wilditten
pr. Wiltito vir (109 p. 112).

1258 **Windekaymen** 106 p. 54ʳ
1318 Windekaym S U 130
1331 Windekayme S U 190
1400 Windikaym 106 p. 86ʳ
1419 Wyndekaym 106 p. 72ʳ
1433 Wendekaym 111 p. 3ʳ
Piers. A M S VII, p. 600 lit. wiñdas, sed nescio an ex germ. Winde natum sit. Verisimilius fuerit pr. Windio, nomen viri (109 p. 88) et pr. caymis = vicus inesse.

1466 **Winterinen** 101 p. 66ᵛ
Radix nominis Germana esse videtur, suffixum autem Prussicum. Legimus enim in epistula ipsa, supra quam „Winterinen" scriptum exstat, Winterffelt.

1464 **Wirgeiten** 94 p. 271

1400 **Wynxene** 109 p. 42
lit. wiñkszna = ulmus?

1400 **Wirklinken** 109 p. 100
1400 Warkliniken 110 p. 38

1340 **Wirsisthen** 105 p. 240ʳ

1297 **Wischerad** silva, Wischerat S U 94
1297 Wischeradt 105 p. 23ʳ
1305 Wissegrod S U 119 nunc Wischrodt
1305 Wissegrode 104 p. 90ᵛ
1326 Wisserat S I, 289

1400 **Wissebiten** 109 p. 91
vide „Bethen".

1422 **Wissegawde,** Wossegawde 104 p. 52ᵛ
1422 Wisegaude, Vorsegaude 103 p. 103ᵛ
pr. Wissegaude vir (Piers.).

1381 **Wissegeyn** S U 353
1408 Wischegene M T 487 nunc Wischehnen
1515 Wissegyne 185 A p. 5^{r}

Ness. N. Pr. Prov. Bl. V, p. 14: pr. wisge = avena, sed in „Vocabulario“ wyse exstat. Hoppe, Wiss. Monatsbl. V, p. 93 non verisimilius viri nomen Wissekinne proponit.

1383 **Wissecawten** XXVIII, 6
1515 Weyskawten 185 A p. 26^{v} nunc Wiskiauten

Ness. Thes. p. 208: Wyskaut vir.

1357 **Wissekint** sacra silva S U 305.
1418 Wiskint 103 p. 10^{v}

1359 **Wytopelke,** hoppenbruch 107 p. 144^{r}

lett. wîtes = lupus = lit. wýtis = virga; pr. pelky = palus.

1331 **Wobsdis** = eyn luchs S U 194, C IV, 178: Wobsidis.

Töppen Histor.-comp. Geographie p. 155 hic pr. wobsdis = ursus meles et pr. luysis = lynx per errorem inter se commutata esse primus vidit. Non recte igitur Ness. Thes. p. 210 pr. wobsdus, quod in „Vocabulario“ reperitur, in wobsrus transformavit.

1447 **Wogaw,** Wogauw rivus 97 p. 169^{r}

vide sequens nomen!

1258 **Wogenis** S U 31
1322 Ugeyne S U 157
1348 Ugenis 101 p. 72 nunc Uggehnen
1348 Ugen 101 p. 73^{v}
1381 Uggen 103 p. 86

Ness. N. Pr. Prov. Bl. V, p. 14: lit. ů́ga, wů́ga = baca.

1258 **Wogrym,** Wogrin silva S U 25
1322 Wogerim 105 p. 36^{v}

1322 Wugerim 105 p. 6^{r} nunc Wogram
1515 Wogram O B A
1519 Wagram 169 A p. 70^{v}

1448 **Woygedde** silva 103 p. 119
viro Wogedde 104 p. 58^{v} haec silva datur.

1400 **Woyteyn** 110 p. 46
1400 Woteyn 109 p. 119 nunc Wittehnen?
1463 Witteynen, Wittaynen? 94 p. 409

lit. woitas, waitas (germ. Voigt!) = scultetus, magister pagi, cfr. lit. Vaitai (Wolter p. 200). Brückner F W p. 150 pol. vojt originem huius vocis depromptae esse docet, sed verisimilius est Prussos quidem recta via ex Germanica lingua vocabulum tam usitatum sumpsisse.

1305 **Woliten** S U 118
1305 Wolite 103 p. 184^{v}
1305 Wolitten 104 p. 90^{r}

1400 **Wolkeniten** 109 p. 104
1400 Wokeniten 110 p. 40
1421 Wokenig, Wokeniten 111 p. 95^{r}
1436 Woykenik Na 7, 259.

1300 **Wolkitien** 107 p. 14^{v}
1300 Wokitien P U II, 464
1300 Wolkyten 108 p. 13^{v}
1400 Wokyten 107 p. 15^{v}

1446 **Wopayne,** Wopaynen 111 p. 85^{v}
pr. Wope vir (Piers.) Wopyne (109 p. 169).

1327 **Worennye,** Wrenie S U 167
1327 Vuoronnye 102 p. 70
1346 Vuoreine 102 p. 226 nunc Warrengen
1355 Worenyge 103 p. 167^{r}

1355 Werennye 104 p. 81^{r}
1391 Worennie 103 p. 168^{v}
Etymon vide p. 12.

1331 **Wosebirgo,** Wosibirgo, Wosebirge S U 186
pr. wosee = capra; — birgo Piers. A M S VII, p. 599 cum lit. beȓti = fundere, spargere, brìgis = cubile equorum confert; Ness. Thes. p. 19: „birge, birgo, bergue wahrscheinlich Lager, Viehlager“. Quod autem cum Piersone consentiens lit. brìgis comparat ut vocem consanguineam, brìgis non cum lit. beȓti cohaeret, sed eadem vox est atque germ. brigg = Brücke. (Kurschat, Wörterbuch).

1331 **Wosegowiskapynis,** Wosogowiskepynis, Wosogowiskopynis, Wosegowiskapnis, Wosgows = cappis S U 191
lit. kãpinės = sepulcretum. In Wosegow — Piers. A M S VII, p. 601 pr. wosee = capra et lit. $\sqrt{\text{gaw}}^{1}$ = capere inesse vix recte coniecit. Genetivus vici nominis Wosgow videtur esse.

1331 **Wosegowiske** rivus, Wosegowiszke S U 191
vide supra et Wosgow!

1420 **Wosen** lacus 95 p. 67^{v}
1464 Wusen 94 p. 303
vide sequentia nomina!

1331 **Wosgow** S U 192
1338 Wosegow 107 p. 140^{r} nunc Wosegau
1429 Wosegaw 103 p. 72
1429 Wossegawe 104 p. 34^{v}
1515 Wuskaw 185 A p. 26^{r}
Etymon obscurum est. Piersonis dubiam coniecturam vide sub Wosegowiskapynis!

1299 **Wosian** C III, p. 1299
vide sequens nomen!

1331 **Wosispile,** Wosispele, Wosepille, Ciginburg S U 191
Ness. A M S VII, p. 314: pr. wosee = capra et lit. pilis = castellum.

1418 **Wowzerrattenik** taberna XXXV, 55

Z

1287 **Zanzinov** P U II, 323
pr. sansy = anser.

1420 **Czirgelawken** 95 p. 67v
pr. sirgis = equus castratus et pr. laucks = campus.

De rebus grammaticis in locorum nomina pertinentibus.

De sonorum permutatione.

Qui nomina supra collecta perlegit, fieri non potest, ut eum fugerit, quam variae et diversae essent lectiones, praecipue vocalium. Sed haec formarum varietas, sive re vera ex lingua Prussica tempore procedente nata est, sive scribarum indiligentia sive lingua Germanica vel alia quavis causa effecta est, saepe ne dicam ratione quadam ducitur. In multis enim nominibus eidem soni, dummodo condicio eadem est, similem patiuntur mutationem. Qua de causa non supervacaneum fuerit, sonorum permutationes conquirere atque, quotiens fieri potest, quibus legibus ortae sint inspicere; dumne obliviscamur, in nominibus tam corruptis explicationes plerumque leves tantum suspiciones esse, atque consideres quaeso, quae Leskien Indog. Forsch. XXVI, p. 330 dixerit: „Ich habe es unterlassen, die Namen (Prussica!) mit heranzuziehen, weil ich . . . mit den wüsten Schreibungen, in denen sie überliefert sind, oft gar nichts anzufangen weiss.“ — Singulis exemplis, quae non omnia enumeravi, nisi pauca erant, aut res gravior videbatur, adscripsi, ne tempus permutationis ignoraretur, quo ex anno essent.

De vocalibus.

Eae tantum vocalium permutationes afferuntur, quae nominum radicibus continentur. Adnotandum est, saepe quae genuina vocalis sit pro certo affirmari non posse.

a mutatur in e neque eis tantum condicionibus, quibus in „Monumentis“ (Trautmann § 7); in prima syllaba: Drabenow 1322 = Drebenow 1322, Lappegarbe 1331 = Leppengarbe 1331[1]), Pradowe 1362 = Preddaw 1436, Rantaw 1333 = Rentow 1333, Sapoliten 1400 = Sepeliten 1400; rarius in prima secundae radicis syllaba: Barbalanke 1331 = Barbalenx 1331; Lapsalov 1322 = Lapselaw 1322.

Pro a scribitur et e et i in Manden 1379 = Menden 1303 = Minden —, Powarben 1463 = Powerben 1463 = Powirben —, Scharlawken 1368 = Schertlovkis 1261 = Schirlawken 1377. Quod sic factum esse censeo, primo a in e mutatum esse, tum e in i. Unde etiam ducenda est mutatio vocalis **a in i**, forma cum e non tradita; a enim tam breviter pronuntiabatur, ut scriba non iam a = e, sed i audire opinaretur: Darnynnen 1452 = Dirnynnen 1466, Warkliniken 1400 = Wirklinken 1400. Cum Darnynnen cohaeret Derne, ubi re vera „e“ reperimus. Sed fieri potest ut nonnusquam non a sed e genuinum sit, quod et in a et in i vertebatur.

Quod pro **a et o et e** legimus: Manitaw 1396 = Monitaw 1397 = Mennethaw 1415, Tapelawken 1388 = Toplauken — = Tepplauwcken 1469, Warenige 1441 = Worennie 1391 = Werennye 1355, redditur fortasse diversa Germanorum scribarum pronuntiatio Prussici a, sed confer etiam sequentem mutationem!

---

[1]) Etiam in lit. lãpė a breve est: lapès.

In Sambiensi dialectu post gutturales et labiales interdum **o ex a** natum est (Trautmann § 14): Galynde 1331 = Golind 1331, Jaculawken 1460 = Jokelawken 1494, Kasewalx 1400 = Kasewolx 1400, Marithen 1423 = Moriten 1400, Palwythen 1430 = Polwythen 1436, Patollen 1483 = Pottollen 1465, Sparwiten 1400 = Sporwiten 1400. Sed post alias quoque consonantes a in o abiit: Sanditen 1400 = Sondithen 1400, Sargyn 1400 = Sorgin 1400, Wisserad 1297 = Wissegrod 1305. Quod o ex a natum nonnunquam tam vehementer protrudebatur, ut vocalis u vim acciperet: Careynen 1378 = Koreyn 1373 = Kureyn 1405, Karieythen 1420 = Korieyten 1396 = Kurieyten 1400, Prawenithen 1372 = Proweniten 1400 = Pruwenithen 1303, Rambinge 1346 = Rombaw 1389 = Rumbow 1347, atque forma cum o non tradita: Kaczkayme 1373 = Kuczkaym 1400, Staporn 1424 = Stupar 1394. Huc adscripserim Labota 1255 = Lobeta 1255 = Lowbuthe 1258, ubi w in Lowbuthe sequenti labiali effectum videtur.

ā in **ō** transiit in: Drasda 1447 = Drosten 1390, Plastwayn 1421 = Plostwayn 1325; ex Germanico nomine Abende 1327 = Obende 1327 apparere videtur ō dialectu Germanica niederdeutsch quae vocatur effectum esse. Quod in „catechismis“ (Trautmann § 29) ā certis legibus in ū transformatum est, in nominibus huius rei vestigium non invenitur,

a, e, i, o in Stupar 1394 = Stuperne 1400 = Stupir = Staporn 1424 et **a, e, o, ai, ei,** in Grabowe 1261 Grebow 1327 = Grobowe 1261 = Graybow 1333 = Greybow 1296, = Grabiten 1413 = Grebiten 1413 = Grobiten 1413 = Graybitten 1520 = Greybithen 1363 docent quam incerte et dubie nomina tradita sint.

Pro **e (ē) scribitur i (ī)** et pro **i (ī) inversa mutatione e (ē)** sed quae vocalis prima fuerit, nisi inanes

suspiciones fingere volumus, diiudicari raro potest. In Ergarben — quidem = Jragarbis 1331 ē genuinum est, in Nodimpsten 1460 = Nodemste 1491, Dilgen 1400 = Delgyn 1484 i prius fuit, sed cetera exempla promiscue scribere liceat (cfr. Trautmann § 8, 19, 24b): Ansewin 1380 = Ansivin 1380, Belawken 1400 = Bilawcken 1466, Germayn 1331 = Girmayn 1391, Gedauthe 1390 = Gydawten 1447, Ergelawcken 1483 = Irgelauken 1349, Kesseln 1400 = Kyssellen 1396, Cremiten 1400 = Crymithen 1421, Manitaw 1396 = Mennethaw 1415, Megusen 1410 = Mygosin 1394, Nene 1352 = Nyne 1406, Peydemiten 1336 = Peidimiten 1336, Pelon 1400 = Pylon 1340, Pleweskin 1400 = Pliwiskin 1384, Pregora 1258 = Prigora 1302, Quedenowe 1294 = Quidenowe 1302, Resenygeiten 1400 = Resynigeytin 1400, Sanselin 1396 = Sansillen —, Tungemeriskin 1353 = Tungemyriskin 1353.

ē et ei inter se commutantur 1) ē tam producte pronuntiatur, ut audienti in ei transisse videatur: Marseden 1346 = Marseiden 1346, Prewere 1400 = Preweyre 1400, Saggeden 1384 = Sagaidin 1400. 2) ei in ē debilitatur: Bartheynn 1420 = Barthene 1420, Geydowe 1258 = Gedaw 1472, Leygiten 1400 = Legiten 1400, Neydowe 1332 = Nedwe 1438.

Pro ei invenitur ē et ī in eiusmodi nominibus quorum ei, ut etymon docet, respondet lit. ẽ: Keythene 1392 = Kethen 1387 = Kytene 1392 (lit. kẽcziai), Poleippen 1515 = Poleden 1337 = Pollippen 1515 (lit. lẽpa); addiderim etiam Leypiten 1331 = Lepiten 1331 (lit. lẽpa) et Preybutten 1258 = Prebutyn 1258 (lit. prẽ). Nescio an hoc „ei" impuram diphthongum fuisse concludere liceat, ita ut modo ē modo ī audiretur. Optime reddidit, qui „Solowieten" 1396 scripsit (Saloweiten 1395 = Solowiten 1396 = Salwieyten 1400), dummodo ne hoc ie (lit. wẽtà) aliter sonaverit atque Lituanum.

e et u in Kobelbude 1402 = Kobulbůde 1326 et Serappin 1400 = Surappen 1400 non liquent, cohaerent autem, nisi fallor, cum **ui, u pro i** posito in Kirsneydin 1379 = Kuysneiden —, Silekaym 1400 = Sulekaym 1499. De genuino sono in Trympauwe 1387 = Trumpow 1396 = Trümpaw 1424 ambigor. Eadem ratione adhuc obscura in Sorgitten 1396 = Surgiten 1400 = Sirgitten 1458 vocales transformantur. In Dirsunikaym 1396 = Dirsinekaym 1396 genuina vocalis erat ū, cfr. lit Gudzúns, Kutkúns, nomina gentilia (Kalw.).

Notam vocalis **ī in ei** mutationem optimo iure Trautmanus § 35 ne „catechismorum" quidem temporibus ad finem perductam esse confirmat. Nam in nominibus, quippe quae maxima ex parte ante annum 1500 litteris mandata sint, rara inveniuntur testimonia ī ad diphthongum ei inclinantis; haec autem confirmare videntur legem, quam Fortunatov B. B. 22, 165 investigavit: ī nisi eo accentu notatum esset, qui: Lituano ý non ỹ responderet, in ei non transformatum esse; Lituanus enim sic pronuntiaverit: Eríno 1258 = Eréyno—, Rýno 1299 = Réynaw 1515, Wýskayne 1300 = Wéyskaynis 1302, Wissecawte 1383 = Wéyskawten 1515; Adversari videtur Byoten 1400 = Beyoten 1400, quod aegre Byoten = Béyoten pronuntiandum est, sed latet nomen viri Býot(s) unde acutus etiam in loci appellationem nescio an translatus sit. In Beymegeme 1292 = Bymigeyn 1292, Eytowyna 1359 = Ittewinnen —, Pareyke 1383 = Parikenn 1490, nisi etymon fallit, ei prius erat quam i.

De Argsteicke 1407 = Argstick 1411 in dubio sum.

Quod **o, a, e (aut ō, ā, ē?)** in Mogaynen 1458 = Magaynn 1401 = Megayn 1400, Molseyn 1396 = Malseyne 1400 = Melsein 1458 (Moelsein 1418)

leguntur, ne tantum quidem constat, quae vocalis genuina sit.

ō vocali ē (e?) toties confunditur, ut re vera tum ō et ē (e?) similiter sonuisse coniciendum sit. In plurimis exemplis ō genuinum est. Etenim cum accentus Lituanus conspiret cum Prussico ō praecipue in eis syllabis, quae accentu carebant in ē (e) conversum esse et invicem ē (e) in ō, concludere licet: Backolen 1302 = Backelen 1421 (ex forma Backlenn 1510 apparet accentum in altera nominis syllaba non fuisse) Aisoln 1400 = Aysel 1480, Bolestow 1363 = Belestow 1363 (Blestow 1387 docet prima in syllaba accentum non fuisse,). Dorwayn 1420 = Derwayn 1420, Eytowyna 1359 = Eythewynne 1400, Gedawkaym 1400 = Godawkaym 1397, Langoditen 1400 = Langeditten 1468, Leydote 1331 = Leydete 1331, Medonowe 1302 = Medenowe 1326, Polekalxten 1305 = Pelekalxsten 1338, Pregol 1331 = Pregel 1331, Rogiten 1336 = Regiten 1336, Rosigneithen 1400 = Resynygeyten 1400, Sapoliten 1400 = Sepeliten 1400, Saloweiten 1395 = Salewiten 1436, Tiltonick 1392 = Tiltenik 1392, Wosogowiskepynis 1331 = Wosogowiskapynis. Huc referenda est mutatio **ō > ē (e) > ī (i)**: Ubolithen 1312 = Ubeliten 1400 = Ubilithen 1330. (= Ubliten 1496.)

o (ō) et u (ū) promiscue adhibentur 1) ex ō genuino post labialem fit ū: Pobetin 1331 = Pubeten 1331, Poirben 1333 = Pverben 1430, Wogenis 1258 = Ugeyne 1322, Wosegow 1338 = Wuskaw 1515, Wosen 1420 = Wusen 1464. 2) ex „u" a Germanis o fingitur: Durbeniken 1400 = Thormenicke 1491, Jurlawken 1450 = Jorlawcken 1448, Capurne — = Caporne 1287, Curwin 1409 = Korwen 1421, Museyn 1352 = Mosseyn 1352, Powunden 1381 = Powonden 1447. Sequantur pauca e multis exempla, in quibus genuina vocalis non tam certa est quam in superioribus: Blodewe 1258 =

Bludow 1341, Dolokaym 1394 = Dulokaym 1394, Kopsau 1408 = Kupsow —, Rossitten 1387 = Russiten 1395, Sodere 1331 = Sudere 1331.

o epenthesi in oi abiisse videtur in Boteynen 1400 = Boyteynen 1467, Goteyn 1398 = Goytin 1400, Rogen 1322 = Roigen 1469, Rogys 1299 = Rayge 1297, Wokeniten 1400 = Woykenik 1436. In Gnaysote 1303 = Gnasoyte (pro *Gnaysoyte) et in Romaynis 1331 = Roymannis 1331 assimilatio sonorum exstat. In Woyteyn 1400 = Woteyn 1400 o in oi comminutum est, latet enim germ. „Voigt".

u>o>a: Bulgayn 1278 = Bolgayn 1428 = Balgayn 1337, Durbin 1340 = Dorbin 1420 = Darbin 1435, Suntlaucken 1418 = Sontelauken 1396 = Santlauks —: Germani scribae acutam vocalis u pronuntiationem varie reddidisse videntur. **ū** accentu notatum in „catechismis" nonnusquam in diphthongos **ou, au** mutatur (Trautmann § 36b.), cuius rei etiam in nominibus inveniuntur testimonia. Unde apparet vocalem impure pronuntiatam esse: Rudowe 1258 = Rawdaw 1458, Ruse-moter 1258 = Rawsschen 1458, Russenig 1352 = Rawsschnick 1430. Num ū = lit. ú tantum sonum antiquum amiserit, ut Fortunatov B B XXII, 161 contendit, ex his perpaucis exemplis diiudicari non potest.

ai in a comminutum est in Gnaysoten 1303 = Gnasoyte 1303, Kaylekaymen 1460 = Kalekaymen 1460, Kaynekaym 1383 = Kankaym 1436, Crayselauken 1352 = Craselauken 1352, Kuykaym 1405 = Kugykam 1400, contra in Laygayne 1305 = Lageyne 1305, Saygeyden 1400 = Sageidin 1400, Waygispelkis 1331 = Wagipelki 1331 **ai ex a** epenthesi natum est.

Quod pro **ai saepe ei** scribitur, elucet Germanorum pronuntiandi modus, quo nunc quoque Borussiam orientalem incolentes utuntur. Gailgarben 1317 =

Geylgarben 1461, Kayme 1261 = Keyme 1262, Crayselauken 1352 = Kreyslaucken 1515, Layden 1337 = Leydin 1337, Laysen 1296 = Leysse 1362, Laytkayme 1331 = Leytkayme 1331, Naytėkaymen 1353 = Neytkaym 1321.

ai>ei>ē: Laygeen 1331 = Leygeen 1331 = Legeen 1331, Laydenigk 1512 = Leydicken 1515 = Ledenigk 1512 et **ai>ē**: in Prawaynitegen 1315 = Praweniten 1372 et **ai>ei>ī** in Powaygen 1344 = Poweyke 1301 = Powyke 1301, dummodo idem nomen sit, corrupta Germanorum pronuntiatio diphthongi ai exhibetur.

De **ai, ei, oi** in Paicistabs 1331 = Peytostabs 1331 Poytostabs 1331 et de **ei**, **oi** in Steipata 1331 = Stoypata 1331, cum etymon certum desit, dubitandum est.

oi pro ai legitur in „Monumentis" (Trautmann § 42) labiali antecedente interdum in eis syllabis, quae accentum non habent, confer: Waykaraykis 1331 = Woikarik 1331, Waydithen 1339 = Woydyten 1352, pro qua forma minus accurate scribitur etiam Woyadyten 1352, Wiaedetten 1515 = Vuaditen 1339 aliaque.

au diphthongi ratio scribendi varia est. Sine ullo discrimine adhibentur au, aw, auw, ita ut etymologia latente ignoremus utrum au an aw legendum sit, velut in Gauen 1440 = Gawen 1440 = Gauwen 1438.

Non huc pertinet quod Trautmannus § 58c de uw dicit, cum in codice 102, qui XVII saeculo scriptus est, quando Prussica lingua iam in eo erat, ut plane exstingueretur, ubique auw inveniatur pro au, quod in codice 101, XV, saeculo scripto, exstat. Pro au praeter aw vel auw etiam ow legitur: Labelauken 1312 = Labelawken 1458 = Labelowken 1394, Pomauden 1396 = Pomawden 1396 = Pomowden 1439, Schertlaukis 1300 = Scharlawken 1368 = Schertlowkis 1300 = Scharlauwken 1467; raro **eu pro au** legitur: Laukeniken

1400 = Lawkeniken 1400 = Lowkeniken— = Leukeniken 1301 = Lewkeniken 1400.

Circa annum 1400 au in simplicem vocalem a vel o (ō?) vel u (ū?) debilitatur: Crawplawkin 1400 = Craplawken 1401 = Croplauken 1387, Polauwilken 1400 = Polawilken 1377, Blautowin 1398 = Bloutowin 1400 = Blutwyn 1440. Notatu dignum est au comminutum in eis nominibus, quae cum — lauken composita sunt velut: Tappelauken 1392 = Tapelaken 1400, Neplauken 1514 = Neplok 1305, Bonzelake 1450 (ex *Bonzelauke contractum). Nam ante annum 1525 haec tria modo testimonia reperiuntur, anno autem 1560/61 in scriptis 3447 ceterisque, quae Amtsrechnungen vulgo dicuntur, iam pluria nomina in — lacken quam in — lauken terminant. Atque tempore procedente ex omnibus fere — lauken factum esse — lacken conicere licet. Quae mutatio ad investigandos fines inter Prussice loquentes et Lituanos magni momenti esse potest, similiter atque caymis — kēmas, ape — ùpė, garbis — kálnas (Bezzenberger A M S XIX, p. 651—; XX, p. 123—); Nam ubi Prussi olim habitabant locorum vocabula in — lacken terminant, ubi Lituani aut erant aut sunt in — lauken.

iau Sambiensi dialectui non defuisse, nominibus confirmatur (cfr. Trautmann § 48b). Nam lectionibus Kewtherinen 1400 = Keutherinen 1400 (nunc Kiautrienen) et Kiaute 1258 = Kyawte 1258 = Kewte 1255 = Keuthe 1255 = Kawthen 1439 = Kauthen 1404 = Keywten 1439 scriba Germanus diphthongum sibi alienam ne dicam describere conatus est.

ui redditur in Thuthin 1371 = Thuyten 1377 = Toytyn 1377 (nunc Theut); fortasse etiam in Ruipnie 1300 = Reupin 1391 = Rupin 1369 = Rewppen 1483 (nunc Reipen). Mera **librariorum menda** videntur esse: Anweyke = Aweyken = Alweyken = Awauken =

Awayken = Aweken; Gaylne = Gawlne, Kanthayn = Kaythayn = Kavtayn; Coldyten = Codyten = Ceyditten ceteraque multa, quae enumerare longum est.

Anaptyxis invenitur 1) post labialem vel liquidam: Alkayne 1312 = Allekayn 1464, Alxwangen 1370 = Alexwange 1514, Alxowe 1301 = Alexow 1319/44, Dargen 1331 = Darrygen 1331, Kaldeyn 1331 = Kalideyn 1331, Lawte 1263 = Lawete 1263, Pelkis 1331 = Pelike 1331, Wilkey 1261 = Wilika 1261 = Willeky 1318. 2) ante nasalem vel liquidam: Domnykaym 1400 = Domenekaym 1400, Drabnow 1277 = Drabenow 1322, Poplinken 1400 = Popelunken 1459, Tickrieynen 1400 = Tickerienen 1460, Wogrym 1258 = Wogerim 1322. 3) bis inter gutturalem et sequens s: Alxowe (= *Algsowe?) 1301 = Algessow 1342, Tuwangste 1326 = Tuwangeste 1326. 4) semel inter s et d: Wobsdis 1331 = Wobsidis 1331.

De consonantibus.

Consonantes pro natura sua magis sibi constant quam vocales, ideoque non toties pronuntiando corrumpuntur, sed magna ex parte paulatim transformata esse videntur aetate procedente. Unde autem mutationes natae sint utrum e Prussica lingua an e Germanica, ne hic quoque ubivis certe intellegi potest. — Primum res erit de consonantibus in universum, tum de singulis.

Assimilatio ad antecedentem consonantem progrediens conversit b ante en in m: Drabenow 1277 = Dramenaw 1326, Durbeniken 1400 = Thormenicke 1491; ct in t (*tt): Auctekaymen 1354 = Autekaym 1291; mn in n (*nn): Quedemnowe 1302 = Quedenowe 1294; w ante n semel in m: Palweniken 1400 = Palmeniken 1491. Quod mp in np mutatum est: Campayn 1331 = Kaupayn 1388, Rombaw 1389 = Ronbaw 1389, Trimpow

1400 = Trinpow 1400, non Prussicae linguae proprium est (Trautmann § 85 b). Videlicet haec et sequentes assimilationes magna ex parte celeriter loquendo effectae sunt.

Assimilatione regrediente ad sequentem consonantem factum est ex ld, ll: Calden 1333 = Callen 1515; ex mpn mm: Dompnikaym 1400 = Domnykaym 1400 = nunc Dommelkeim, Mvntileytis dumpnis 1331 = Muntileitis dummis; ex lb, ll: Kampstigalbe 1519 = Komstegallen 1460; ex lk, ll: Popelken 1379 = Popellen 1379; ex nm, n (*nn): Dernme 1257 = Derne 1257.

Mediae et tenues inter se commutatae scilicet maxima ex parte ad assimilationem referenda sunt:

1. pro media genuina invenitur tenuis, in vocis fronte: Backelithen 1360 = Pakelyten 1360, Drausdithen (?) 1387 = Trausdytin 1334, Druteyn 1427 = Truteyn 1411, Durbeniken 1400 = Thormenicke 1491; in media voce: Dowbin 1362 = Dowpin 1362, Drasda 1447 = Drosten 1390, Guddeniten 1400 = Guttheniten 1400, Kirsneydin 1379 = Kuyrsneiten 1383, Pogerstiten 1384 = Pockerstiten 1439, Poirben 1333 = Poirpen 1400, Waygispelkis 1331 = Waykispelkis 1331. Quod in Garpseden 1343 = Garbseden 1343, Mantegarps— = Mantegarbs 1331, Sarguckinstaps 1331 = Sarguttinstabs p pro b scriptum exstat, etiam in Prussica lingua Lituanam illam legem valuisse apparet, ut mediae ante tenues et s, sz in tenues abirent. (Kurschat, Lit. Gram. § 129).

2. pro genuina tenui media ponitur, in vocis fronte: Kratelawken 1399 = Gratlauken 1394, Plautowin 1331 = Blautowin 1398, Pobeti 1258 = Bubethen 1333, Powirstiten 1422 = Bowerstyten 1515; in media voce: Ekritten 1394 = Egritten 1394, Guntieynis 1302 = Gundyenis 1302, Karkayn 1400 = Kargayn 1405,

Lobtow 1327 = Lobdow 1327 (Labota 1255!) Medeniken 1338 = Medenig 1406, Motern 1361 = Moddern 1483. Quamquam in plurimis exemplis assimilatio manifesta est, tamen mihi quidem persuasum est, numerum mediarum et tenuum inter se commutatarum tantum esse non potuisse, nisi re vera in dialectu Sambiensi mediae et tenues artius coniunctae fuissent, idest: tenues non tam vehementer protrusae essent atque in Germanica lingua hodierna, vel Lituana, tenues maiore neglegentia pronuntiatae essent.

Metathesis occurit in: Ayslowythe 1440 = Ayssel-witten 1440, Kesleniken 1400 = Kesselniken —, Kucstren 1362 = Kuxstern 1446, Lauchsen 1286 = Lawsken 1400, Motern 1361 = Motren 1400, Rocklikaym 1424 = Rockelkaym 1480; Menda autem librarii forsitan in Plesemont 1258 = Pelsemot 1258, Pardauwen 1458 = Pradauwen 1458, Treppin 1463 = Terpin 1463, Tuleprast 1400 = Tuleparst 1400 legantur.

Pleonastice additur in vocis fronte j: Jekriten 1400 = Ekerithenn 1392, quod etiam g scribitur: Gekriten 1392, scilicet quia Germani g ut j et pronuntiabant et nunc quoque in Borussia orientali pronuntiant; in media voce insertur p inter m et s vel m et st: Gampsen 1400 = Gamczen 1408, Kampstigalbe 1519 = Kamstigall 1515, Nodimpsten 1460 = Nodimste 1494, Ramstaw 1345 = Rampstein 1413. Quod a Germanis pronuntiandi causa factum esse patet.

Hic pauca **de w initiali** in Sambiensi dialectu dicere liceat (cfr. Trautmann § 60). Nomina docere videntur: w sequenti o praefixum esse: Wobsdis (pom. wobsdus = lit. õpszras), Wogenis 1258 (lit. ûga), Wosispile 1331 = Wosebirgo 1331 = Wosian 1299 = Wosen 1420 (pom. wosee = lit. ożỹs). Contra ante u omittitur: Ubolithen 1312 (pom. woble = lit. óbûlas),

Ugeyne 1312 (lit. ūga), cuius gemella forma Wogenis 1258 w praefigit, cum ante o, w praefigendum sit, Umpna 1331 (pom. vumpnis). Adversatur huic regulae Obeliten 1392. Nescio an hic Lituana lingua vim habuerit. Legimus enim 105 p. 238 multos Lituanos huc pervenisse, sed dolendum est, quod quo anno pervenerint non traditur.

Abiectarum consonantium testimonia pauca sunt, praeterea congruunt aliqua ex parte cum eis, quae de assimilatione allata sunt, vide igitur etiam illic.

d fortasse excussum est, postquam e in terminatione evanuit, in Nisskern 1439 = Nyskirden 1343; t inter l et c, postquam e interiacens correptum est, in Wilcayme 1366/70 = Wiltecaym 1409; p inter m et n eliditur in Umne 1331 = Umpna 1331, k ante st in Kaucstirn 1331 = Caustir 1331.

De singulis consonantibus haec adnotanda sunt:

1. **b et w** inter se commutari. a) genuinum w interdum in b transformatum et ex „Monumentis" apparet (Trautmann § 64d) et nominibus confirmatur: Curwin 1409 = Curben 1409, Rowithen 1401 = Robitten 1401; b) sed etiam b genuinum in w convertitur, suspicor dialectu Germanica niederdeutsch quae vocatur efficiente (cfr. leben et läwe, geben et jäwe): Dowbin 1362 = Douwin 1353, Kobulbůde 1326 = Kowelbude 1352, Lappegarbe 1331 = Lappogarwe 1331, Pallabithen 1301 = Palwythen 1430 (fortasse analogia ad „palwe" fictum), Poirben 1333 = Poerwis 1333.

2. **j et g** inter se commutantur. Prussi inter i et e rarius inter i et o vel i et a similiter atque Lituani (Kurschat, Lit. Gram. p. 32). ut hiatum lenirent, j inseruisse videntur, quod Germani aut neglexerunt aut littera g reddiderunt, quippe quae nunc quoque in nostra regione ut j pronuntiatur velut lejen pro legen, vel liejen pro liegen:

Jawiona 1400 = Jawgen 1458, Kilieytygin 1340 = Kiligeitighin—, Korieyten 1396 = Karigeithen 1420, Mintieytin 1278 = Myntegeiten 1278, Noriow 1310 = Norgow 1384, Pomedyen 1400 = Pomedigen 1396, Sursieynis 1302 = Sorsegeynis 1302, Twirieythen 1347 = Twirigeiten 1357. Quod g vel potius j usque adhuc aetatem tulit, quotiens nomine contracto i evanuit: Mintieytin 1278 nunc Metgethen, Norieynen 1258 nunc Norgehnen; abiectum est, si nomine contracto non i sed sequens e correptum est: Powaygen 1344 nunc Powayn; vel si i et e remansit: Pomedygen 1396 nunc Pomedien; vel post consonantem + r: Tickergeynn 1460 nunc Tykrehnen. Inversa mutatione nonnusquam Germani Prussicam g significaverunt littera j vel potius i, y velut in vocis fronte: Gaudtken 1522 = Jautken 1522, Geydowe 1258 = Jeydow 1331; in media voce: Beymegeme 1292 = Bimeyem 1292, Laygayne 1305 = Layeyen 1430. Notatu dignum est Drugene 1515 = Drucheyn 1339, ubi pro g ch scriptum exstat, littera Prussicae linguae aliena.

Mirum in modum **t** ante e, i bis in z, cz mutatum est: Kattenplick 1354 = Kazenplik 1400 = Kaczennblick — = Kaczimblicke 1490 = Kauczenbilk 1400 et Trintiten 1300 = Trinczieyten 1262 = Trinczeit 1300. Prius exemplum facile tolli potest: Prussicum Kattenplick (pr. catto = felis, lit. plikẽ = glacies) coloni Germani a Katze et Blick derivandum esse opinati sunt. Alter exemplum non liquet, praesertim cum neque analogia commendetur et anno 1262, antiquissimis igitur temporibus, traditum sit.

De s in sch = lit. sz transformato. Prussi antiquitus s pro lit. sz dixerunt, cum Lettis igitur consentientes. Prius autem, neque eis modo condicionibus, quam ex „Monumentis“ apparere videtur, hoc s in sz eos mutavisse nomina docent (cfr. Trautmann § 79).

Dolendum autem est, quod de hac re quaestio eo fit difficilior, quod in codicibus pro sch = lit. sz modo sc, sk modo sch scribitur velut 109 p. 130 Schudde (vir) legitur, 110 p. 51ᵛ autem Scudde, S U p. 250 idem vicus Scudithen et Schuditen, P U II, 423 Skobern et Schobern. Fieri potest ut sk genuinum sit, nonnusquam saltem, pro quo s—ch scriptum est. Scilicet hic ea dialectus Germanica, quam nostrates „niederdeutsch" appellant, vim habuit. Vide H. Tümpel, Die Herkunft der Besiedler des Deutschordenslandes, Jahrbuch des Vereins für niederdeutsche Sprachforschung 1901, XXII. Qui fit, ut nisi utraque lectio, et sc, sk et sch exhibens, tradita est, in dubio simus utrum re vera sk legendum sit, an sk = sch = lit. sz. Qua de causa eiusmodi exempla ut ambigua omisi. Sed etiam insequentia exempla fieri potest ut non omnia sch = sz contineant, sed ut supra commemoravi, etsi rarissime, sch = s—ch = sk. Cum autem, nisi etymon constat, hoc intellegi non possit, hanc rem neglegere liceat. Sch reperimus in vocis fronte: Schalinan 1483, Schalwen 1470, Schawbela 1446, Scheidelaukin 1318, Scherlauken 1363, Schertlovkis 1300, Sherde 1331 = Scherde 1331, Schirditen 1421, Skobern 1297 = Schobern 1297 (s—ch = sk?), Scoubi 1331 = Schoubi 1331, Scuditen 1344 = Schudithen 1344, Snotowe 1258 = Schnoten 1331, Soke 1258 = Scoken 1326 = Schokin 1331, Swanieyten 1319/44 = Schuanieyten 1348; in media voce: Aslese 1394 = Aschlesche 1517, Ilischken 1427, Karschaw 1345, Laukiskin 1352 = Lawkischken 1517, Marseiden 1346 = Marscheyden 1346, Paskerden 1367 = Paschkerden 1515, Pauschitin 1400, Ruse-moter 1258 = Rawsschen 1458, Russenig 1352 = Russchnyk 1405, Sawlesken 1406 = Sawlischken 1406, Salkeniten 1400 = Schalkenik 1322, Wissegeyn 1381 = Wischegene 1408, Wissegrod 1305 = Wischerad 1297. In his

exemplis fieri potest ut nonnulla sch = lit. ź contineant velut Scherde et Schertlovkis (pr. sardis = źar̃dis), cfr. Sargille 1495, nunc Szargillen errato pro Źargillen. Post annum 1525 etiam alia nomina sch accepisse cognoscimus hodierna nomina cum antiquis comparantes: Aselawken 1400 nunc Aszlackcn, Sibenow 1317 nunc Schiewenau, Sursieynis 1302 nunc Schorschehnen, ceteraque multa. Sed mira sunt Sillikaym 1347 nunc Zielkeim et Sorgin 1400 nunc Zargen, quorum alter nomen a pr. sylo = lit. szìlas, alter a lit. sárgas (pr. but — sargs) derivandum est. Nihilo setius in Zielkeim pro exspectato sz = Sch, in Zargen pro s = S invenimus Z. Ratio obscura est, sed analogia reperitur in zarm, zargas (Frischbier II, 487) = lit. szèrmens,[1]) sárgas.

De nominum compositione.

Prussica locorum nomina simillima sunt Lituanis, nam et compositionis elementis congruunt et ratione. Elementa, e quibus constant, sunt substantiva, adiectiva, praepositiones, suffixa ceteraque multa, dummodo idonea sint locis appellatione notandis. Singulas voces, quae in usum veniunt, enumerare et longum est et, quoniam adhuc neque omnium nominum etymon investigari potuit neque investigatum constat, facultas eripitur. De virorum tantum nominibus in locorum vocabula contextis pauca dicenda sunt. Saepius usurpantur quam Lituana vel Lettica; causa huius rei est, sollicitis illis temporibus plures sua sponte quaesivisse novas sedes, etiam plures ab Ordine Teutonico per vim translatos esse; atque ut crebro fit, a primo advena vel domino vicus nomen traxit. Quin etiam factum est, ut agri vetus appellatio obscuraretur recentis possessoris nomine velut hodiernus vicus Schwolgehnen anno 1353

[1]) ipse semper szer̃mens audivi, Kursch. szèrmens praebet.

Dorobin vocatur, tum autem, cum illic Swalgene collocatus est, ab eo nomen accepit. Unde autem apparet, utrum vici nomen prius sit an incolae? Interdum enim hoc difficile aut omnino non potest diiudicari velut Pomedigen 1396 nunc Pomedien et a viro Pomede et a pr. po — median derivare licet. Sed priusquam in hanc rem inquiremus, opus est rationem eiusque permutationem, qua Prussi in nominibus propriis usi sint summatim amplecti. Primo in Prussorum nomina more omnium Indogermanorum vota et desideria parentum integebantur (Bezzenberger A M S XIII, 396). Quod autem nonnulli, Nadrue, Schalwe (Piers.), Samaythe (109 p. 75), Litthow (110 p. 62^{v}) appellantur, patria advenae indicatur. Rarissime a domicilio nomen trahebatur velut Pomede (Piers), Preybuth (109 p. 102) ceteraque, quamquam haud denegaverim antiquissima esse. Atque una modo cuique dabatur appellatio. Sin autem in eodem vico duo vel plures idem nomen habebant, addebatur alter nomen, velut in Trympow habitabant anno 1400 Hannike[1]) Glandim, lickut (= parvus) Hannike, Hannike Kaymen, et in Polauwilken viri Gaude et Gaude Suden (109 p 79^{v}, 139^{r}). Littera n in Suden non Prussicae linguae est, sed genetivum Germanicum significat, ita ut Gaude Suden idem sit atque Gaude filius viri Sude.

Circa annum 1400 duo nomina dari coepta sunt, sed praecipue regulis tantum velut 109 p. 64 Niclos Tickrike, 110 p. 62 Lodewig Tunge et in membrana, quae vulgo „Vasallenregister des Samlandes" vocatur (1436): Jacub Angonithe, Hans Toleminne; scilicet nomini pagano christianum vel Germanicum praeponebatur. Quod ibidem legimus Warpune von Woykenik,

---

[1]) Hannike propter h initiale Prussicum nomen esse non potest, sed invenitur in codice 109 saepissime.

Godeke von Wergenaw, Spawdenne Jawgen (nunc Jaugehnen), vicus unde sunt aut quem possident indicatur. Quin etiam nomine proprio omisso solum vici vocabulum exstat: Rowschenik, Medenik, Kopsaw. Sin autem, ut exemplum fingam, filius huius Medenik in vicum Powayn, migravit, abhinc appellabatur *Medenik von Powayn, atque re vera invenimus Medenaw von Wyndekaym. Sed cave obliviscaris hos fuisse principes Prussorum, qui natura rerum etiam in nominum usu mores Germanorum prius secuti sunt quam homines minorum ordinum. Qui patrum consuetudini adhaerentes retinebant diutius illa nomina, quae optime et numerose nobis conservata sunt codicibus 109, 110, **111**, quorumque exiguam partem Pierson litteris mandavit. Atque eiusmodi tantum nomina tum usurpabantur, cum vici, de quibus res est, condebantur, Eaque sola igitur attinent ad nostram quaestionem unde utrum incolae nomen an vici prius sit, appareat. Manifesta sunt ea locorum vocabula, in quibus altera pars cum cuiuslibet Prussi nomine congruit, altera loci naturam vel proprietatem indicat velut Dywone — lauken, Kabi — kaym, Mante — garbs. Cum autem Prussi more omnium Balticarum gentium deminutivis valde faverent, nomina virorum saepe longiora fiebant ideoque minus idonea ad compositionem. Neque ea nomina propria, quae iam per se composita erant velut Pomede, Preybuth ceteraque, rursus componebantur. Quam ob rem non exstant appellationes, quales nunc fingam: *Manitekaymen, *Pomedelauken, *Preybuthkaymen, sed simplices Manitaw, Pomedigen, Preybutten; id est aut suffixa derivationis affiguntur aut purus viri appellationis pluralis ponitur; —en enim pro Prussica terminatione —ai scriptum est, haud secus atque in lit. Jogauden = Jogaudai (Kalw.). De eiusmodi autem locorum vocabulis, dummodo complectantur aut complecti

videantur voces, quae ipsae ad locum notandum apta sunt, dubitari potest utrum vir loco nomen dederit an inde mutuaverit, an viri et loci nomina omnino non cohaereant, sed casu easdem radices contineant, velut fieri potest ut Lunkiten, Pomedigen, Preybutten vici a viris Lunkite, Pomede, Preybuth nomina habeant, eodem iure a pr. lunkis = angulus, po—median = sub—silva, prei—buttan = apud—aedes, derivari possunt et locorum apellationes et virorum, quamquam nulla alia re inter se connectuntur. Tamen mihi quidem persuasum est, his quoque locorum vocabulis nomina virorum subesse, etiamsi certis argumentis, praeterquam quod tum vir, praecipue regulus, plus valebat quam vicus, demonstrare non possum. Sed utcumque res se habet, recte contendit F. Hoppe A M S XIV, p. 399/400: „Die Erklärung der Ortsnamen . . . muss mit der Sammlung und Sichtung der Personennamen Hand in Hand gehen". Haec de compositionis elementis. Quod ad ipsam locorum nominum compositionem attinet, duo genera dirimenda sunt I) nomina ex duobus radicibus composita, II) nomina ex una radice constantia. Nomina composita hos componendi modos exhibent:

1. Substantivum cum substantivo velut Aselawken, Bitpelkis, Dirsunikaym, Garpseden, Caymelawken, Lappegarbe, Mamothkaym, Noppekayme, Pillecop, Rusemoter, Squoliskaym, Wytopelke.

2. Adiectivum cum substantivo: *Auctigirgen, Auctowangos, Auctacops, Autekaym, Gailgarben, Ilgenpelke, Labelawk, Newulawken, Salygerien, Stabynotilte, Swentgriff.

In compage compositorum, sive substantivum cum substantivo, sive adiectivum cum substantivo coniungitur, saepe vocalis reperitur, quae artissime priori nominis parti committitur. Plerumque e exstat, quod crebro

in i debilitatur, quin etiam e et i promiscue leguntur: Aselawken, Gurdelauken, Mantegarbs, Auctigirgen, Hurtilauke, Waidipelkis, Dirsune—Dirsunikaym, Gildestabs = Gildistabe, Cabe—Kaby—kaym. Ex eo autem, quod e cum i commutatur, quin etiam plane omittitur: Hurtilauke = Hurtlauken, Medelauke = Medlawken, Noppekayme = Nopkayme satis apparet has vocales tum iam detritas fuisse. Nonnusquam pleniores vocales inveniuntur: Auctowangos, Auctacops = Auctukape, Dulokaym, Kaucaliscis, Stabynotilte. Sed hae quoque aut in e corripiuntur aut omnino negleguntur: Iragarbis = Iregarbs, Jaculawken = Jokelawken, Iwogarge = Iwegarge, Dulokaym = Dulkaym, Rudimenta sunt eius vocalis, quo prioris compositionis partis stirps indicatur, id est si prior nominis pars stirpem in —a - exeuntem habebat, —a— in compage exstabat velut in Auct—a—cops (lit. áukszta—s), Kauc—a—liscis (pr. cawx ex *cawca—s). Paulatim haec vocalis evanuit, scilicet accentu efficiente. Nam Médeláuke, Jáculáwken, ut pauca e multis eligam, pronuntiari non possunt, nisi duobus accentibus notata (si ex Lituana lingua in Prussicam coniecturam facere licet). Qui factum est, ut priore accentu magis magisque praevalente vocalis in compage elideretur: Médlauken, Jóuglauken.

Contra Germanicum non Prussicum est —en in Boysken Lauke, Kattenplick, Leppengarbe. In Caymenappe autem fieri potest ut —en adiectivum indicet similiter a pr. cayme derivatum atque lit. kaimýnas, cfr. etiam Stabyno—tilte et stabis.

Prussicae declinationis reliquiae, scilicet genetivi, exstant in Muntileitis dummis id est dummis viri *Muntileitis (nomen Muntil traditum est), Tholesway (Tole vir), Squoliskaym (Squole vir), Wosispile (wosee), Wosegowiskapynis (Wosegow vicus) ceterisque.

3. Praepositio cum substantivo a) au = de: Aucopte, b) be = sine: Belauken? c) no, na, nu = supra: Nodimpcz, Nogympten = Nagimpten, fortasse Nuraude. Utra forma no an na vera sit ambiguitur, cum etiam in „catechismis“ utraque inveniatur. d) pa, po = apud: Padeim, Pacortytygie, Palabiten, Pogauwen, Pokerbinn, Pokirne. Corruptae lectiones sunt Perruckeln (= Porruckeln = Parrucklп). Num autem Puwunden, Půwunden, (= Powunden = Pawunden) et Pubeten = Bubethen (= Pobeti) ex viva lingua hausta sint haesito. In „catechismis“ ubique po legitur, in voce composita tantum po in pa mutatum est: padaubis. Quam ob rem in nominibus quoque compositis pa restituendum esse censeo, po Germanicum est. Nam etiam Lituani dicunt: padaubis, Palumpiai, Pagėgiai, quae Germani in Polompen, Pogegen corrumpunt. e) kirsa = supra: Kirsappen. f) per, par = trans: Perkukenn, Perlawken, Pernen, Partilteniken, Parwayken. Si tam paucis exemplis fides habenda est, in Sambia occidentali par, in orientali et in Nadrovia per usurpabatur. g) pei = lett pi praepositionem Prussicam fuisse, fortasse ex Peydimiten, et Peyrowayden eruere fas est. h) pos = apud = lit. pas si recte video in Poslawcin inest. i) prei, pre, pri = apud: Preytilte, Preytekynne melius scribenda sunt prey — tilte et prey — tekynne, nam supplendum est *stabis prey — tilte et *dimstis prey — tekynne; ex Prilawck enim patet in Prussica lingua haud secus atque in Lituana hanc praepositionem in vocibus compositis in pri comminui: prýbutis, sed prẽ bùto. Preybutten = Prebutyn, Preywisso = Prewisso non adversantur, cum ut virorum nomina (vide p. 151) melius conservaverint diphthongum. k) sur = circum: Surgurbi.

4. Verbi cum substantivo coniuncti testimonia Klislauken (lit. klýsti = errare) et Nicappen (lit. nýkti = evanescere) praebere videntur.

5. Ex numeralibus „tres“ cum substantivo compositum est: Trinippe, Triskaym, cuius nominis genetivus Treonkaymynweysigis est.

II. nomina ex una radice constantia:

1. pura appellativa velut Azara = lacus, Colowach = tumulus, Kreutho = ripa, Sorcz = rubetum, Liske = latibulum, Reginge = cervus, Umpna = clibanus ceteraque. Huc referenda sunt etiam locorum vocabula ut Curwin, Singoren, Schoubi, Wergoy, et quae sequuntur; erant enim haud dubie nihil aliud nisi pluralia vocum pr. curwis, pr. singuris, lit. sziubẽ, lit. wérgas.

2. nomina suffixis derivata.

Maior pars omnium nominum hoc modo composita est. In usum veniunt suffixa haec:

a) j amplectentia = lit. — ije in Warnije (Kalw.): Jlie, Perbadye, Warnye, Willekye = Wilkeye, vel Germana terminatione addita: Bylien, Camnitien, Salygerien; interdum j = i, y littera g redditur: Bumitigen, Pomedigen (= Pomedyen), Prawaynitegen.

b) k amplectentia = lit. — ininkai in Wėzininkai (Kalw.), Prussi ut nonnulli Samaitarum pagi n opprimentes dixerunt: Durbeniken, Garbeniken, Laydenigk, Partilteniken, vel e abiecto Byskopniken, Ottniken, Selnicken; semel — iniken exstat in Warkliniken, semel — onik in Tiltonik. Cum autem in Garbeninken Lituana suffixi forma legatur, nusquam autem alibi, Lituanos illic habitasse necesse est. Mirum autum est, quod saepe — eniken promiscue cum — eniten scribitur atque in Sambia occidentali tantum: Gerteniken = Girteniten, Lenkeniken = Lenkeniten, Medeniken = Medenithen, Roteniken = Roteniten . . . Nusquam autem pro — eniten invenitur — eniken.

c) l amplectentia = lit. —elei in Pruselei (Kalw.), non = lit. — ėlei in Lazdinėlei (Kalw.), cum — ėlei in

eis modo vocibus adhibeatur, quarum radix ex amplius una syllaba constat. Casu autem eius modi nomina tradita non sunt: Grysele, Sanselin = Sansillen, Sangelin, Segelen, Werthelen. Notatu digna sunt Keymal, Warethalis, quae dialectum indicare videntur.

d) m amplectentia *α*) = lit. — imai in Kantrimai (Vaiszg. I, 45): Leykantym = Leykanten, Mynxtrym, Schokym = Schokin, Wogrym = Wogrin, Pantim. Lituana nomina in —imai a virorum apellationibus derivata sunt, vide p. 63; qua de causa etiam Prussicis nomina propria subesse conicio. Scilicet Schokym excepto, quod videtur mendum librarii esse. *β*) = lit.?: Neytremen, Nastraym = Nastrahim (= Nastrayn), Noytyam, Ranseym, Wilgeym.

e) n amplectentia *α*) = lit. —ainei in Tusainei (Kalw.): Alkayne, Karkainis, Lepaynen; *β*) = lit. — ėnai in Bitėnai (Kalw.), pro quo suffixo Kurschat Lit. Gram. p. 107 alibique —ienai scribit, quod ex ea dialectu sumptum est, quae a Lituanis ipsis pakalnėniszkai vocatur; atque si huic dialectui Lituanae Prussicisque nominibus fides habenda est, vere Balticum non —ėnai, sed —ienai (ënai) est, quoniam Prussico ei respondet lit. ë non ė: Golteynis, Latheynen, Molseyn, Reteynen. Interdum suffixo — einen praeponitur i: Guntieynis, Kirtieynen, Palasieyn. Hoc i consonantis j vim habuisse inde patet, quod praeter Sursieynis et Norieyn etiam Norygeyn et Sorsegeynis exstat. Crebro fit ut —aynen et —eynen promiscue legantur: Germayn = Germein, Laygayne = Lageinen, Mossayn = Mosseyn, Polkayn = Polkein. Verisimile est, saepius —aynen errato in —eynen mutatum esse, quam —eynen in aynen, cum Germani nostrae regionis diphthongum ai sibi molestam nunc quoque in Lituana lingua in ei convertant. *δ*) = lit. —ynai in Bendrynai (Kalw.): Caldina, Keutherinen, Nawenynen, Obsynen. Addenda sunt multa in —yn

exeuntia, velut Delgyn nunc Dellgienen, sed fieri potest ut nonnusquam hoc —yn gemella forma terminationis —en sit, vide p. 160 δ) = lit. —iney in Szaltiney: (Kalw.) Darnynnen, Klawkynne, Pentkynne, Waynegine. Contra Poytinn, Pokerbinn etiam gemellam terminationis —en formam exhibere possunt, vide p. 160 ε) = lit. —unai in Linkunai (Kalw.): Preweirun (?). In Eytunen et Regun virorum nomina in —un —latent: Eytune et Regun.

f) s amplectentia α) = lit.—iszkei in Natkiszkei (Kalw.): Bawsiske, Jawnenisken, Ilischken, Wargiscus = Wargischken. β) = lit. ?: Canusken (?), Panusken, Sokusken, quod suffixum ex Polonica lingua forsitan depromptum sit. ϱ) = lit. —użei in Bergużei (Kalw.): Migusin = Mygosin, Wangesin = Wangosin = Wangussen.

g) suffixa t amplectentia α) = lit. —aiczei in Jurgaiczei (Kalw.) (germ. Jurgaitschen scriptum, sed pronuntiatur: Jurjeitsche): Gudeiten, Migeyten, Wirgeiten. Nonnusquam i = j praefigitur, pro quo g poni potest: Mintieytin = Myntegeiten, Swanieyten = Swanigeyten, Willeiten = Wilheten = Wilieyten = Wilgeyten. β) = lit. — oczei in Kapoczei (Kalw.): Lawnoten, Megoten, Leydote, Nabote. ϱ) = lit. — uczei in Plaguczei (Kalw.): Obroten (nunc Obrotten!), Wilkote = Wilkotte. δ) = lit. — yczei in Katyczei (Kalw.): Aisoliten, Bayderithen, Markythen. Circa annum 1350 —iten paulatim in —itten transformatur: Alsitten 1458, Kringiten 1400 = Kringitten 1459, Labiten 1354 = Labitten 1420, Leipiten 1331 = Leypitten 1331. Quod suffixum ubique deminutivum indicans raro tam apertum est, ut discerni possit, utrum loci nominis derivandi causa adiectum sit velut in Leypiten (lit. lěpa) an iam viri apellationi tum inhaeserit, cum inde loci vocabulum depromptum est velut in Lunkiten (Lunkite vir) et Raxite (Raxite vir).

h) w amplectentia α) = lit?: Dalwayn, Plastewayn = Plostwayn = Plastwan. Ex Darg — en pro Dargowayn in occulos incurrit, iure dirimendum esse Darg — owayn, Dal — wayn et quae sequuntur. β) = lit. — awa in Teplawa (Kalw.) (scripserim Tepliawa): hoc suffixum variis formis traditur: Absowe, Bathowe, Dargow, Garbow, Arissaw, Liskaw, Arnau, Pillau, Blodewe, Grabewe; vel w finali abiecto: Bluda (= Bludaw), Belista (=Blestaw), Manito (= Manitow), Passelo (Passelow); vel i, y = j proposito, quod ut iam saepius vidimus in g mutari potest: Noriow = Norgow, Transyow, pro qua forma semel Transeow = Transeaw = Transeo exstat. Recentioribus temporibus, XV saeculum dico, praevalebant nomina in — aw exeuntia, e quibus tum cum w sonum vocalis nancta cum antecedenti a in diphthongum confundebatur, nomina in — au terminantia excreverunt. Qua in commutatione magni momenti fuit analogia, quam Germanica locorum vocabula velut Blumenau praebebant.

i) restant varia suffixa, quae uno tantum nomine tradita sunt: Langoditen = Langeditten (cfr. Lang—ehnen), Plautowin = Blautowin = Blautewin = Blawtwyn; ex Plaut—en = Plautowin cognoscitur re vera suffixum —owin resecari posse. In Nartucken (cfr. lit. arklùkas) et Wirsisten (cfr. lit. didỹstė?) suffixum fortasse iam voci, a qua nomen ductum est, adhaesit. Ad Pylon et Sorsyon (?) cfr. lit. keliõnė = kẽlias. Panoken = Ponaykin (= Panusken), Lepare (= Leypiten), Prewemus = Prewering (= Preweirinn) obscura sunt.

Haec sunt suffixa, quibus nomina derivantur. Sed, ut iam vidimus, nondum tam firme adhaerent, quam quae non possint commutari cum aliis velut Bathowe = Batthen, Bumitigen = Bomiten, Megothen = Migeyten, Plawtowin = Plawten, Wilkeynen = Wilken. Quin etiam duo suffixa in eadem nominis forma

inveniuntur velut praeter usitatum Pogirstiten, Quandythen, Wolkyten legimus Pagerstityen, Quanditigen, Wolkitien; id est ad suffixum —iten, deminutivum indicans, alligatur —ien, yn = igen similiter atque in lit. Jauteliszkei (Kalw.) ad deminutivi suffixum —el— accedit —iszkei, vel potius genuinum Pagerstityen ceteraque imminuta sunt in Pogirstiten et quae sequuntur.

Mira sunt locorum vocabula Druppis, Gaude, Grynse, Switthe, Woygedde, ubi merum viri nomen loco imponitur. Videlicet Germanorum est, qui brevitatis causa *campus Prussi Gaude vel *silva Prussi Woygedde simpliciter Gaude, Woygedde scripserunt.

III. De nominum terminationibus.

Locorum nominum terminationes, quales nobis traditae sunt, partim Prussicae sunt partim Germanicae. Prussicae terminationes rarae exstant, eaedemque mutilatae. Scilicet antiquissima nomina praecipue, atque in his ignotae et insuetae appellationes camporum, quas nostrates „Flurnamen" vocant, imprimis genuinam formam servaverunt.

1. Masculinorum, quorum stirps in — a — exit nullum exemplum plenam terminationem —as exhibens reperitur, praeterquam quod in Auctowangos post gutturalem — os ex — as natum est. (Trautmann § 114d.) Ubique — a — abiecto solum — s invenitur velut in Auctacops, Gildestabs, Sarguttinstabs, Skerpincz. Masculina, quae in — is ex — ias contractum terminant, ab eis quorum iam stirps — i — praebet, nisi etymon patet, discerni non possunt. Haud dubie autem huc referenda sunt substantiva cum substantivis composita velut Sawtlawkis, Schertlovkis; e quibus cognoscitur apud Sambitas illam legem Lituanam valuisse, ut altera vocis compositae pars in declinationem contractam stirpium in — ia — exeuntium transiret (Kurschat,

Lit. Gram. § 388), sed adversantur huic regulae adiectiva cum substantivis composita Auctowangos et Sausilas.

Pluralia huius declinationis sunt Bakoy, Prauthey, Ratai = Ratoy (= Ratos), Waydey, Wergoy.

2. Femininorum, quorum stirps in — ā — desinit duae nominativi singularis formae — a et — o leguntur, quamquam in catechismis nominativi in — o, qui Pomesanae dialectui proprii sunt, non inveniuntur: Ardmana, Aura, Drasdra, Jawiona, Labota, Lassa, Lima, Maura, Snatha, sed Dodo, Kreutho, Linxto, Navczo, Preywisso, Ramesto, Satho, Wosebirgo. Cum ambo formae sine ullo temporis et loci discrimine usurpentur, quin etiam in eodem nomine: Jodisakka = Jodisakko, dialectum suspicare non licet. Pluralis vere Sambiensis in Sausilas inest. De Grindos, Lasanos = Lasinus, Ratos haereo.

3. Nomina in e (ē) numerosa sunt. Sed non omnia huc re vera pertinent, vide p. 161. Nihilo setius Ilgenpelke, Palwe, Pelike, Sarappe, Weispelke, Wytopelke ceteraque multa exempla satis docent in veteri Sambiensi dialectu ē (e ?) nondum ubique in ī (i ?) ut in „catechismis“ abisse, quamquam etiam eiusmodi nominativi traditi sunt: Bitpelki, Mupri, Schoubi, Surgurbi, Wagipelki. Pluralia sunt Bitpelkis, Ircekapinis, Pelkis, Waidipelkis, Waygispelkis Wosegowiskapynis.

4. Utrum in vocabulis insequentibus voces lateant, quarum stirps — i — praebet, an eis substantivis adiciendae sint, quorum terminatio —is ex —ias contracta est, an pluralia supra commemorata sint, incertum est: Algasis, Gawlinis, Golteynis, Grinsis, Pandis, Tattapis, Wobsdis ceteraque multa. Quod terminatio —is in —s corripi potest: Jragarbis = Jragarbs, Lulegarbis = Lulegarbs, Sawtlaukis = Sauc-

lauks, (c pro t scriptum est), Weyskaynis = Wayskains, hoc Letticae linguae respondet, Lituanicae repugnat.

5. Stirpem in — u — habere videntur Duyerus, Dulsyenkysus, Wikus.

6. Quin etiam neutra inveniuntur: Boyan, Godan, Kargan, Reysan, Schalinan, Wosian, etiamsi nonnulla ex his exemplis dubia sunt velut Boyan, pro quo in Warmia Boyans dicebatur (Piers. Cod.)

Ubi primum Germani Prussicis nominibus consueverunt, Prussicas terminationes suae linguae accomodantes hoc modo reddiderunt 1. pro —s, —is, —a, —o, incertum et obscurum e posuerunt, praecipue in eis nominibus, quae nostrates „Flurnamen" appellant: Auctacops = Auctukape, Gildestabs = Gildistabe, Grinsis = Grynse, Rogys = Royge, Mawra = Maure, Lassa = Lasse, Linxto = Lynckste, Wosebirgo = Wosebirge. 2. terminatione Prussica abiecta tamquam nominis truncum reliquerunt: Dalgantis = Dalgandt, Galynde = Galind, Gosepelk, Caylkaym, Kasewalx = Kasewalk, Lankaynis = Lankayn, Padeim, Sparwith et quae sequuntur. 3. Saepissime autem, etsi nusquam nisi in vicorum appellationibus, Germanam terminationem affixerunt velut — en in Ayssen, Korieyten, Notkaymen; — enn in Barthenn, Kyrssappenn, Parikenn; — in, yn in Barten = Bartin, Milsen = Milzin, Hurtlauken = Hurtilaukyn, Pubethen = Pubethyn; — inn in Poytinn, Pokerbinn, nisi forte suffixum — innen = lit. —inei (Szaltìnei (Kalw.) hic latet.

Adnotandum est — en et — in promiscue sine ullo discrimine usurpari, — enn autem rarissime ante annum 1400 invenitur, abhinc saepius. Post l et r vocalis e vel i ex terminatione aliquoties eliditur: Aisoln, Passeln, Nisskern, Possindernn. Quae omnes formae ex ea dialectu Germanica natae sunt, quam

„hochdeutsch“ vocamus. Sed etiam ex illa Germaniae parte, quam lingua vernacula „Niederdeutschland“ dicimus, colonos in Sambiam venisse et aliis rebus et nominum terminatione —e docetur velut in Ayslowythe = Ayslowiten, Hurtilauke = Hurtilaukyn, Lule = Lulen, Pareyke = Parreyken, Stuparre = Stuparren, Possindire = Possinderun. Nunc quoque Lituana locorum vocabula velut Lumpėnai = germ. Lompönen, Bitėnai = germ. Bittenen homines minorum ordinum Lompenĕ, Bittenĕ pronuntiant.

Index vicorum, quorum iam Ordinis temporibus mentio fit.

Vita

Natus sum Georgius Gerullis Jd. Aug. anni MDCCCLXXXVIII in vico Borussiae orientalis, cui nomen est Jogauden, patre Petro, matre Anna e gente Jokutat, quam mihi morte ereptam valde lugeo. Fidei adscriptus sum evangelicae. Primis literarum elementis in scholis publicis et privatis imbutus, inde a vere anni MCMIII gymnasium regium Tilsense frequentavi. Vere anni MCMIX testimonium maturitatis adeptus, Berolini et Regimonti per sexies sex menses studiis philologicis et historicis me dedi. Docuerunt me viri doctissimi Berolini: Beckh, Dessoir, Lasson, Lehmann-Haupt, Norden, Roethe, W. Schulze, de Wilamowitz-Moellendorff. Proseminarii philologici, cui Diels, Mutschmann, de Wilamowitz-Moellendorff praeerant, sodalis fui duo semestria, seminarii historico-geographici, cui moderabatur Sieglin, sex menses. Regimonti: Ach, Bezzenberger, Deubner, Goedeckemeyer, Lackner, Ludwich, Rossbach, Rühl, Tolkiehn, Wünsch. Proseminario philologico, quod Rossbach et Wünsch regebant, interfui sex menses, seminario philologico, cui praeerant Deubner et Rossbach, adhuc sex menses, seminario historico, quod regebat Rühl, duo semestria, seminario Lituanico quater sex menses rectore Lacknerio. Exercitationibus ut interessem philosophicis benigne permisit Goedeckemeyer, palaeographicis Rühl. Quibus viris doctissimis omnibus gratias ago quam maximas, imprimis vero Adalberto Bezzenberger, qui huius libelli conscribendi auctor, in dissertatione elaboranda opera et consilio me adiuvare nunquam desiit.